

LIBRI TERTII

TRACTATUS II.

DE

Funere seu Sepulturâ Mortuorum.

CAP.

I.

Continens tripartitam Difputationem de Sepultura.

Nter occasinata & quafi-agenda ecclesiastica numeratur sepultura. De quâ multa quæri & dici possunt : quæ cum D. Carolus de Maets collega noster, cum vive ret, conjunctissimus magnam partem difputatione tripartita anno 1651. eruditè, & pro more suo perquam accuratè ac judiciosè explicuerit; vifum fuit

dictam difputationem absque ullius vocis mutatione integram hic potius exhibere ; quam ex eâdem medullam excerpere & in usum meum transferre: quod alioquin facturus fuiffem, non sine nominis ipsius indicio & celebratione. Neque enim sum ex numero eorum qui nihil putant à se dicendum & scribendum nisi quod ipsi primum invenerint, & aliis hactenus indictum sit ; aut saltem quod apud lectores paucarum literarum, & paucorum librorum cognitores tanquam à se inventum aut primò scriptum ostentare queant. Stat mihi semper illud Philosophi: Non opus est fieri per plura, quod potest fieri per pauciora. Hoc compendio utor, ut eruditorum inventa & bene dicta primum meditationibus meis subjiciam (modo libri ad manum sint), & inventis eorum si quid addere possim, addam; absque præjudicio tamen & contemtu eorum per quos profeci: præterea lectoribus indicium faciam scriptorum, qui mihi aut usui fuerunt, aut aliquid in hac aut illâ materiâ aut quæstione præstitisse videntur; ut & illi eisdem aut aliquem ex iis, si ita vifum fuerit, pro re natâ *confulant* & conferant. Peculiares etiam rationes sunt, cur potius hanc *difputationem* benedictæ τὰ μακαρίτα memoriæ excitandæ & conservandæ recudendam dederim, quam alias ejusdem non minus eruditas & accuratas. Erat enim emortualis & ex postremis; cujus tertiam partem jam prælo paratam, ego post obitum Autoris (qui incidit in 20. Aprilis) excudendam & 10. Maji sub præfidio meo defendendam proposui.

Prima pars hunc titulum præscribebat.

Disputatio Theologica, de Sepultura Mortuorum. Pars prima. Quam Favente Deo Opt. Max. Sub præfidio, D. CAROLI de MAETS S. S. Theolog. Doctoris & in Academia Ultrajectina Professoris Ordinarii, & in Ecclesiâ ibidem Pastoris

vigilantissimi. Defendere conabitur. STEPHANI SZATTHMARI Ungarus. Addiem 22. Martii, horis locoque solitis.

Cturi de Sepulturâ paucula vocem spectantia præmitteremus, postea. 1. de re ipsa dicemus. Sepultura ergo à *Sepeliendo* dicta est. Notat autem sepelire idem quod cadaver (quamvis ad alia etiam transferatur) condere sive id fiat per terræ injectionem, five alio quocunque modo. Notat id Plinius Hist. Nat. lib. 7. c. 54. *Sepultus*, inquit, *intelligitur* quoquo modo conditus, humatus vero, *terra contectus*. Sepultura vero actum sepeliendi, saltem ordinarie. Sepulchrum vero significat locum in quo cadaver ejulve reliquiæ conduntur. De vocibus hebraicis קבור, שאול, קבורה obiter annoto; quod קבורה & קבורה apud ebræos dupliciter accipiatur. Late videlicet & stricte. Late quidem & catechrestice - קבור - *fumtum* significat *terra reddere*, stricte & proprie, terrâ condere. Catechresticam illam significationem habemus *Jer. 22. v. 19.* Ubi de Jehojakimo dicitur quod sepultura afini sepeliendus efficit. Verba textus sunt קבורת יקבר. nec non quod Catechresticam hanc significationem etiam imitati sint græci. Græcos hac Catechrestica loquendi ratione ufos liquet ex Photio qui inter argumenta librorum Ctesiphæ refert caput hoc κῆ περι ὁ θάψαντο τ πατέρα δια ὁ πυρὸς ἀθρὰ ἡ νόμον, ἐξ ἐλεγχθ ἑλλανίκα τῆ Ηροδότε, ὡς ψεύδονται, Et porro patet ex Diogene Laërtio qui in proëmio tradit, magos, ἀνόβιον ἡγεῖας πυρὶ θάπτειν. Addo Latinis etiam in usu *fuisse*, ut docet illud Mecenatis, *Nec nudum curo, sepelivit natura relictos* : nec non quod ait Cic. *Tusc. lib. 1. nimirum in Hircania ali canes à quibus lanientur, eamque optimam censere eos esse sepulturam.* Et denique quod apud Plinium exstat *hist. nat. lib. 4. c. 12. circa finem ubi ait: domus iis (Hyperboreis) nemora lucique, & deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota & agritudo omnis : mors non nisi fatietate vite, epulatis delibutisque senibus luxu, ex quadam rupe in mare salientibus.* Hoc genus sepultura beatiffimum.

Ut commode de re ipsa agamus, r. non nihil de causis sepulturæ dicemus. §. 2. 2. de effectis. 3. de subjectis. 4. de adjunctis. 5. De oppositis. Quantum ergo ad primum, quæritur.

1. Unde sepultura originem habeat, & quis ejus finis? Resp. mortem (quæ ex peccato est) sepulturæ originem dedisse nullum est dubium: nisi enim homo moriendi necessitatem per peccatum contraxisset, nullus sepulturæ humanæ de qua hic agimus, (nam etiam quosdam equos suos sepelivisse augetur est Plinius *Hist. Nat. lib. 8. c. 42.* & asinum vivum defodisse, magico ritu, sacrificulos sinuis sanos refert Jovianus Pontanus de bello Neap. L. 5.) nullus locus fuisset. Nam nec necessaria fuisset, nec reperti fuissent, qui vivos defodere & terra operire voluissent. Morte autem in mundum ingressi, morituri, sepulchro condi voluere, & qui ipsos propius attingebant, jam mortuos sepeliendos existimavere, inclinatione videlicet naturali id fuadente. Inclinationem hanc naturalem esse variam suadent. Et primo *quidem* quod in sacris literis legimus, sanctos cum viverent de cadaveribus suis sepeliendis, suis præcepta

dedisse, & superstites cadavera suorum sepelivisse. Videatur hac de re *Gen.* 23.v.4. 19. & 25.9. & 35.8.19. & 47.1.29. 30. & 48. v.7. & 49.1.29. & 50.1.13. *Num.* 20. 1 *Deut.* 10.6. *Jos.* 24. 1.30.32.33. *Jud.* 8.1.32. & 10.1.2. & 12.7.7. 10. 12. 15. & 16.v.31. 1 *Sam.* 25. v.1. & 31. V.12. 13. 1 *Reg.* 2.10. & 11.1.43. 1 *Reg.* 22.51. 2 *Reg.* 13. 20. 2 *Par.* 24. 16. & 32.1.3 3. & 35. v. 24. *Matth.* 14. 12. & 27. v. 6. *Act.* 8.v.2. Deinde etiam quod plæræque omnes gentes cadavera fuorum terræ mandare foleant, & fepulchra inviolabilia esse debere existimaverint. Apud Athenienses, sepulturæ tanta cura fuit, ut si quis dux peremtus bello sepelire neglexisset, morte mulctaretur. Nicias totum exercitum subsistere iuffit ut duos milites sepeliret. Factum Cimonis prætereo. Fuere quidem *aliquæ* gentes, de quibus literis proditum est, quod cadavera suorum sepulturâ non digna. rentur, sed *eæ* prorfus barbaræ erant, & humanitatem prorfus exuiffe videbantur; adeo ut ex ipforum moribus, non magis probari possit inclinationem quæ in aliis est, ad rem de qua agimus, non esse naturalem; quam ex moribus quorundam populorum qui prorfus nudi incedunt, inclinationem qua alii feruntur ad nuditatem fuam tegendam non esse naturalem. Hæc etiam faciunt lamentationes piorum quiritantium quod cadavera piorum insepulta jacerent, & laniatibus ferarum & avium exposita effent, *Pfalm.* 79. 1.2. 3. Nec omittendum est quod Deus quibusdam in præmium pietatis quandoque promiffile legitur, quod fepeliendi fepulchrisque patrum inferendi effent: aliis vero comminatus est quod aut fepultura *carituri*, aut majoribus apponendi non effent. Vide hac de re *Gen.* 15.9.15. 1 *Reg.* 13. 1.2. 2. & 14.11. 13. & 21. v.23. 24. 2 *Reg.* 22.1.22. *Jer.* 8.1.2. & 14.7.16. & 16. v. 4. 6. & 22.18.19. Hisce accedit quod David cum audivisset Jabefchitas corpus Saulis & filiorum ejus è muris Betschanis abftuliffe, & combussisse, ne videlicet rurfus ludibrio Philistæorum exponerentur, *ipfof* que eorum ossa sepelivisse intellexisset, non tantum eos laudaverit, verum etiam eos eo facto misericordiam erga Saulem exercuiffe pronunciaverit. 2 *Sam.* 2.1.4. 5. Præterea *Deut.* 34 v.6. ipse Deus corpus Mosis, cum mortuus effet, sepelivisse in valle quadam legitur, ita tamen ut nulli, quo loco fepulchrum Mosis effet, confaret. Quod Mosen fepelivit, factum fine dubio, ut, quam charus ipsi Moses fuisset, oftenderet. Quod eum loco incognito sepelivit, à plerisque interpretibus factum creditur, ne Ifraelitæ ejus reliquiis, ut viri Deo charissimi ad superftitionem & idolatriam abuterentur, quemadmodum nunc Pontificios reliquiis sanctorum, sive veris, five falsis abuti videmus. Denique indignum est, nobiliffimum animalium hominem, imo sanctos qui secundum animam & corpus templa sunt Spir. S. ■ *Cor.* 6.v. 19. 2 *Cor.* 6.v.16. post mortem pari conditione facere cum brutis, quæ laniatibus ferarum & volucrum objiciuntur, atque ludibriis hominum exponere, decens vero ut corpus hominis matri terræ reddatur. Fluxit itaque sepultura cadaverum humanorum ex inclinatione quadam nature, quâ cadavera nostra & nolirorum post mortem irreverenter tractari nolumus: nemo enim propriam carnem odit, *Eph.* 5. Quoniam autem vix ulli sunt, qui nolint post mortem honeste tractari, inde forte etiam inolevit combustio cadaverum humanorum (nimirum *quæ* rationem supplicii non habet) apud gentes quafdam. Legimus 1 *Sam.* 31. v. 12. Jabefchitas cadavera Saulis filiorumque ejus combussisse, ofsaque eorum fepelivisse. verifi mile autem est hoc factum fuiffe (aliam quandam hujus facti rationem quidam afferunt) ne rurfus, Philistæi, ut antea, cadaveribus illorum illuderent. Legimus quoque Romanis (ut de aliis gentibus nunc

nihil dicam) combustionem cadaverum in usu fuisse: at ait *Plinius Hist. Nat. lib.7.c.54.* cremationem illam non esse veteris instituti, verum natam postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere. Addit quod multae familiae priscos servarent ritus, nimirum mortuos terra condendi; quodque in familia Cornelia nemo ante Syllam dictatorem tradatur crematus: & quod id voluerit Sylla veritus talionem, eruto C. Marii cadavere. Quoniam autem haec sepulturae est origo, patet finem ejusdem esse, reliquiarum nostrarum post mortem quietem.

11. Quaeritur an nulli alii sint fines sepultura? Resp. Gentiles olim credidere etiam cadavera defunctorum in eum finem esse sepelienda, ut animabus eorum melius esset. Sic enim Virg. ait *Aeneidos 6.*

Nec ripas datur horrendas, aut rauca fluenta

Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.

Verum superstitiosum esse hunc finem certum est. Nam, ut alia omittam, felicitas animarum quae hinc emigrare, aut earum infelicitas, non pendet ab iis, quae alii circa corpora eorum, ex quibus excelsere, faciunt aut omittunt, sed ex sententia Dei iudicis, qui animabus ex corpore egressis retribuit secundum opera, quae in corpore facta sunt. Inter Christianos non desunt viri magni qui sepulturam à Deo ad spem resurrectionis fovendam, institutam volunt. Calvinus certe *Institut. 3. c. 25.9.25.* agens de resurrectione, sepulturam patrum qui ante Christum vixerunt eum in finem institutam fuisse ait. Probat autem id 1. ex aromatis quibus cadavera suorum condiebant. 2. Quia Spiritus Sanctus in narrandis sepulturis, non minus diligenter insistit, quam in praecipuis fidei mysteriis. 3. Quia Christus Officium hoc tanquam non vulgare commendat. 4. Quia patres sedulo caeremoniam sepulturae observarunt. 5. Quia Jacobus Patriarcha iussit ossa - sua in Chanaanem referri. Imo ne putemus Calvinum patribus tantum qui ante Christum manifestatum in carne existere, sepulturam in finem quem commemoravimus commendatam fuisse existimasse, eam etiam eundem usum in populo N.T. habere debere afferit, *Comment. in Actor. c.8.v.2.* Verba ejus sunt. Quanquam generalis etiam ratio, quae semper ubique apud pios valere debet, proculdubio, apud eos pondus habuit. Nam (sepeliendi ritus ad spem resurrectionis spectat, sicuti in hunc finem, divinitus ordinatus fuit ab initio *mundi*. Vide eundem *Comment. in Harm. ad Matth. 8. 22.* & *comment. Joan. 19.40.* verum hanc sententiam suis auctoribus relinquo.

Ee 2

pen

3.

Sequitur nunc ut de effectis sepulturae dicamus.

Quæritur ergo. 1. An sepultura mortuis folatii quid afferat, carentia vero Sepultura iis officiat. *Refp. Neg.* Quia corporibus post mortem sensus nullus est. Unde nec gaudium ex sepultura, nec dolor ex ejus carentia iisdem nasci potest. Animæ vero separatæ nesciunt in particulari quid in terris geratur. Vide hac de re *Job.* 14. v.22. *Eccl.* 9. v.6. *Jef.* 6 3. v. 16. huc etiam spectat promissio Jofiaë facta. 2 *Reg.* 22. v. 20. ea enim ipsi pollicetur Deus quod esset aggregandus ad patres suos, aggregandus ad sepulchra sua in pace, ut non viderent oculi ipsius totum istud malum quod Deus adducturus esset contra Hierosolimam. Scio quidem existare epistolam quæ Luciani cujusdam nomen præfert, & ab Avito quodam versa dicitur, in qua narratur quod illi apparuerit Gamaliel tribus distinctis vicibus, indicaveritque locum quo corpus suum, nec non Stephani, Nicodemi, & Abibi filii sui contineretur, & imperaverit ut ipsis oratorium fieret & aperiretur, ut rebus Christianorum inde melius esset, nec non prohiberi per visionem Ambrosio manifestata fuisse corpora, Gervasii & Prothasii, & familia multa afferri posse, unde patere videatur animas à corporibus separatas rebus mortalium interesse; verum verbum Dei nobis omnibus revelationibus talibus talibus potius esse debet. Huc accedit, quod patres Tertullianus, Athanasius, Chrysoströmus, & alii quidam fatente *Maldonato in Luc.* 16. animas mortuorum viventibus apparere negent, & quidem ob rationes sequentes. 1. Quia id vivis inutile. Quoniam si vivis non credant etiam mortuis non credent, prout Abraham epuloni respondet. 2. Quia etiam si homines oculis suis damnatorum supplicia viderent, nihilo magis se converterent. 3. Quia si id fieret progressu temporis res in contemptum veniret. 4. Quia ea res multorum errorum causa esse posset, diabolo se animam separatam simulante, & quidquid vellet hominibus persuadente. Addo quod *Augustinus* libro de cura pro mortuis gerenda c.13. ratione & scripturis probat animas mortuorum non interesse viventium. Vide quoque quæ c.14. habet. Epistolam illam Luciani (quam exhibet *Baronius Annal.* tom.5. ad annum *Christi* 415.) quod attinet ea parvi ponderis est, utpote à superfinitioso quodam scripta aut conficta, ut facile cuivis eam legenti patere potest. Quantum autem ad *Ambrosium* nec ipse epist. 58. aut *fermone* 91. ubi de inventione corporum Gervasii & Prothasii agit; nec *Augustinus* de Civit. Dei 1.22.c.8. aut *Conf.* 1. 9. c.7. aut lib. de unitate *Eccles.* c. 19. aut *ferm.* de *diversis* 39. ubi meminit inventionis ejusdem, dicit animas martyrum illorum Ambrosio apparuisse. Diutius hinc non immorabor. Tantum moneo, quod quo magis recessum est à temporibus Christi, eo frequentiores, crescente superstitione, apparitiones illæ esse ceperint. Vide *judicium Martyris* hac de re loc. *Commun. Claff.* 3.6.14.§. de sepultura.

11. Quær. Quibus ergo profit sepultura, si mortuis solatio non est? *Refp.* Sepultura vivorum est solatium. Cum dico sepulturam vivorum esse solatium, intelligo tum eos ipsos quibus post mortem sepultura obtingit, tum alios qui eos charos habent. Illos quidem, non quod post mortem sepultura delectentur, sed quod viventes, ubi norant se cum mortui fuerint sepulturæ honore afficiendos, gaudent, uti contra tristantur, ubi sciunt cadavera sua vel in sterquilinum projicienda, vel in patibulo relinquenda. Unde & Goliathus cum Davide congreffus, se eum non tantum occisurum, sed etiam peremptum feris & volucribus objecturum comminatus est: hoc vero, quia pauci adeo omnis humanitatis expertes sunt, ut non doleant, si, quos viventes dilexere, post

mortem neglectos jacere videant, nec terræ reddere possint. Unde Jabeschitæ non fine vitæ discrimine cadaver Saulis filiorumque ejus Philistæis, qui ea suspenderant ignominie causa è muro Bethsanis eripuerunt, eaque combusserunt & ossa sepeliverunt. Quo nomine etiam à Davide laudantur addito elogio, quod misericordiam erga dominum suum exercuissent, nimirum quia id fecerant, quod si vivens eos facturos cognovisset, misericordiam sive benignitatem interpretaturus fuisset.

E c 3 Per.

§.4. Pergimus ad subjectum sepulturæ, & primo quidem de ipsis sepeliendis, deinde de loco sepulturæ dicemus. Primum quod attinet.

Quæritur an omnes omnino homines ubi id nostre potestatis est sint sepeliendi, adeoque an nefas sit corpora facinororum, post (ultimum supplicium, infelice relinquerent? *Resp.* Statuerat Deus *Deut. 21. 33.* ne cadaver suspensi pernoctaret in ligno, sed ut eodem die quo supplicium factum fuerat, sepeliretur. Quia alioqui terra polluenda esset. Unde viri quidam docti existimant etiamnum corpora facinorosorum sepelienda, minimo vero in patibulis relinquenda, secus quam nunc sepe à Magistratu fieri videmus: nimirum ut cadavera sceleratorum coram sole putrefacta aliis terrori sint. Verum meo iudicio non video quomodo id ex hoc loco probari possit. nam non concedam hanc legem fuisse perpetuam, sed dicam fuisse politico ceremoniam, eamque in Christo complementum suum accepisse, *Gal. 3.1 3.* & nunc obligare desiisse. dicitur quidem causam legis esse perpetuam, nimirum, quod suspensi è ligno adeoque omnes malefici Deo execrabiles; nec manente causa legis, legem antiquatam ceteri possent. Sed respondeo, 1. execrationem sive maledictionem quæ legi huic pro fundamento substernitur, non esse moralem illam quam quodque peccatum meretur & de qua agitur *Deut. 27. v.26.* & *Gal. 3. v. 13.* sed ceremoniam quandam, consistebat autem ea in summo impuritatis ceremonialis gradu, qui non permittebat, ut sine contaminatione terræ, in eodem aëre cum viventibus hac maledictione maledicti per noctem relinquerentur; sed placebat ut ante noctem terra obruerentur, ne videlicet terra pollueretur. Agi autem hic de ceremoniali non autem morali maledictione probatur. 1. Quia alioqui omnibus è ligno suspensis pereundum fuisset, quod tamen dici nequit. Quia fieri potuit ut ante suspensionem converterentur vel si vivi suspendebantur, jam suspensi, reficerent, ut videmus factum in latronum altero cum Christo crucifixorum. Neque hic dici potest, nihilominus in se execrabiles fuisse suspensos è ligno, licet propter Christum in gratiam recipiantur, quia id cum aliis piis commune habebant. Licet enim nulla sit condemnatio iis qui sunt in Christo Jesu, omnes tamen ob peccata nostra damnatione digni sumus, si nimirum in nobis ipsis confideremus. 2. Quia pollutio terræ quæ sequebatur ad pernoctationem suspensi in ligno ceremonialis erat, & similis, licet gradu major, impuritatibus illis *ceremonialibus*, quæ sequebantur ad contactum hominis mortui, aut cadaveris animalis immundi. *Num. 19. v. 14. Levit. 11. 10. 28. 31.* & frequentibus aliquot. 3. Maledictio hæc typica erat, respiciens Christum *Gal. 3.13.* *Resp. 2.* Negatur quod omnes malefici in quos ultimo supplicio animadvertebatur, maledictione de qua locus hic agit,

maledicti fuerint. Quia nusquam id scriptura dicit: & potuit Deus pro beneplacito suo suspensus è ligno maledictionem ceremoniam irrogare, reliquis facinorosis & ultimo supplicio affectis ab ea exemptis. eadem enim libertate etiam animalium quaedam immunda, alia vero munda in V. T. pronunciavit. Patet itaque meo iudicio, legem hanc de qua agimus non esse perpetuam sed Judæis peculiarem fuisse, adeoque ex ea colligi non posse facinorosos in patibulo relinquere nefas esse. Mecum sentit *Piscator* in Gen. 40. & Perkinsus in Gal. 3. v. 13. Nec omittendus hic *Rivetus*, qui maledictionem de qua *Deut.* 2. 1. 2. 3. agitur ceremoniam fuisse asserit. *Cathol. Orthod. tract.* 2. 9. 60. §. 5. Alia quæ pro necessitate sepulturæ facinororum ultimo supplicio affectorum afferuntur, parvi momenti sunt, quare ea prætereo. Quamvis autem sentiam non illicitum esse facinororum corpora in patibulo relinquere, nimirum ut reliquis metus incutiat, videndum tamen existimo, ne id fiat cum pernicie viventium, quæ vix evitaretur, si in locis quæ ab hominibus frequentantur & habitantur putrefcere sinerentur. Ita enim severitas in noxios exercenda est, ne inde in innoxios damnum redundet. Supplicia enim pro fine habere debent, utilitatem reipublicæ.

Quantum ad alterum, Quæritur 1. *An viventibus licitum sit sibi defpicere* §. 5. locum in quo post mortem sepeliantur? *Resp. Affir.* 1. Quia scriptura id nusquam vetat. 2. Quia sancti citra reprehensionem id fecisse leguntur, *Gen.* 23. v. 3. & seq. & 47. 0. 10. 29. 30. 31. 8. 49. 1. 29. & 59. v. 5. 12. 3. Si honestam sepulturam affectare licet, etiam locum sepulturæ eligere licet. Videndum tamen est ne hic nobis obrepat superstitio, neve putemus locum loco esse sacratiorem. quia ut discrimen temporum ceremoniale, sic & locorum sublatum est. *Joan.* 4. v. 21. Verum quidem est Patriarchas Jacobum & Josephum in Chanaanæ quam in Ægypto sepeliri maluisse, verum dici potest id ab eis propterea factum ut Israelitas in fide de exitu ex Ægypto confirmarent, atque in eis desiderium potiundæ Chanaanæ excitarent. Et porro quia Chanaanæ typus erat patriæ cœlestis.

11. Quæritur. Quid sentiendum sit de sepultura mortuorum in templis? *Resp.* Tempora illa sunt duplicia vel enim heterodoxorum aut idololatrum sunt, vel cæcibus piorum ad cultum publicum inferviunt. In prioribus nefas esse arbitramur ut fidelis sibi locum sepulturæ deligat. Rationes sunt, quia nefas est idolothytis vesci, nimirum quamdiu adhuc figillum idololatriæ habent & talia esse agnoscuntur: idque tum propter offensionem infirmorum inde secuturam *Cor.* 8. tum etiam propter participationem idololatriæ quam incurrit is qui iis vescitur *Cor.* 10. quod si autem id illicitum, etiam illicitum censendum est, ut fidelis locum sepulturæ in talibus locis sibi deligat, tum quia qui ita facit, offensionem infirmis parit, tum

4

etiam quia superstitionem & idololatriam quæ in talibus templis exercetur approbare videtur. 2. Huc accedit quod nemo orthodoxorum in templis heterodoxorum præfertim Pontificiorum locum sepulturæ impetrare possit citra manifestam simulationem, & collusionem cum iisdem. Nam cum credant Tempora sua pollui, si quis nostrorum in iis

sepeliatur, ut docet Azorius Inst. Mor. t. 1. 1.8.0.12.9.8. 1. 10.6.26.9. 13. & Tom.2.1.9. c.5. fieri non potest ut quis locum sepulturæ in eis obtineat nisi sese religioni Pontificiæ addictum fingat, vel alius eo mortuo, mentiatur ipsum ritu Pontificio mortuum esse. Dices forte distinctionem locorum nunc esse sublatam, adeoque tam licitum esse sibi deligere locum sepulturæ in templis heterodoxorum & Pontificiorum quam alibi, sed respondeo, non esse sublatam neceflitatem evitandi scandali, & fugiendæ idololatriæ, fimulationis, & collusionis cum heterodoxis & idololatriis. Tempore Apoftoli etiam ciborum difcrimen fublaturum erat, fed tamen nolebat fideles vesci idolothytis adhuc figillum idololatriæ habentibus, propter fcandalum & participationem idololatriæ, *quæ* elum idolothytorum comitabatur. Per se omnia loca paris sunt conditionis; fed vitio hominum fieri poteft, ut disparitas quædam ratione usus nascatur, quæ non tollitur nisi cessante abufu. Quantum ad posteriora, ea rursus duplicia funt. Nam vel aliquando superstitione & idololatriâ polluta fuerunt, vel nunquam. Quantum ad priora, censeo non esse illicitum in iis locum sepulturæ sibi deligere, si nullus alius locus sepulturæ constitutus fit. Ratio est: quia & idolothytis figillo idololatriæ fublato vescilicuit 1 *Cor.* 16. v.25. 26. 27. & ratio scandali ceffat. Posteriora quod attinet, nulla ratio est, quare in iis locis sepulturæ deligere non liceat, ubi alia loca sepulturæ constituta non funt. Idem iudicium esto de cæmeteriis quæ aliquando superstitione & idololatria polluta fuerunt, quod de templis.

11. Quæritur, *An* non expediat ut potius camiteria constituentur in locis apertis & aëri perviis & ab hominum habitatione remotis, quam ut templa & camiteria iis vicina cadaveribus hominum sepeliendis aperiantur. Resp. Plane cenfeo id expedire. Rationes funt. . Quia templa loca funt conventibus ecclesiafticis ad cultum publicum exercendum destinata. 2. Quia fieri vix potest quin ex cadaveribus in templis & cæmeteriis iis adjunctis *presertim* . in urbibus populosis prefertim tempore luis pestiferæ, tetri venenatique & viventibus noxii halitus exhalent. 3. Quia constat Patriarchas extra civitates, in locis ab hominum habitatione remotis sepultos *fuisse*. Vide *Gen.* 23. 1.4. & feqq. & 35. v.8. 19. *Jof.* 2 4. v.30.32.33. Legimus quidem *Reg.* 2. 11. 2 *Paral.* 24. 16. Davidi regibusque ex eo natis sepulchra fuisse in civitate David, verum sepulchra regum non cuius patebant, paucique iis



inferebantur. Deinde ratio esse poterat, ne videlicet ossa eorum ludibrio hostium in regni viscera penetrantium exposita essent. Denique (si verum est quod narrat Josephus *Antiq.* 7.c.12.) magna vis auri Davidis sepulchro illata fuit. Commemorat enim Hyrcanum, cum obsideretur ab Antiocho qui Pius dictus fuit, ut obsidionem solveret, inde tria millia talentorum deprompsisse; postea vero Herodem aliâ cellâ apertâ, inde quoque magnam pecuniæ copiam sumsisse. Legimus quoque 1 *Sam.* 23. 1.

Samuelem in domo suâ fuisse sepultum: verum non legimus domum ipsius commune fuisse sepulchrum, quemadmodum sunt templa nostratia : forte id Samueli contigit, aut propter beneficia ipsius in Israel, aut ut ipsius ossa tuta essent ab incursionibus hostium. 3. Etiam Judæi olim extra urbes sepeliebantur, Marc. 5. 5. Luc. 7. 12. Joan. 19. 41. 4. Quia in urbibus populosis ubi templa pauca sunt, ossa mortuorum, præfertim lue pestifera ingruente sepe dissipantur, aut in ossaria conjiciuntur, quod inhumanum esse ostendit pietissimus rex Josias 2 Reg. 23. v. 16. 5. Apud Athenienses leges Solonis nullum in urbe sepulchrum admittebant. Excludebantur quoque sepulchra ex urbe Romanâ per *leges 12. Tabularum*. Patres veteris Ecclesiæ sollicitè cavebant, ne quis in templis sepeliretur. Vide *Hospin. de Templis lib. 3. c. 1.* Stephan. Durantum de Ritibus Ecclesiæ lib. 5. c. 23. Azorium Infit. Moral. Tom. 2. lib. 9. c. 6. 6. Ex sepultura in templis nata est & continuatur consuetudo arma defunctorum suspendendi in templis, ad multorum offensionem, & risum Pontificiorum, nostris exprobrantium quod isthæc admittant, at vero imagines Sanctorum ejiciant. 7. Consuetudo hæc in templis sepeliendi mortuos ex causis minime probandis fluxit. Cum enim pace reddita ecclesiis, veteres martyres in cæmeteriis extra urbes vel aliis locis ignobilioribus sepultos in templa transferrent, postquam sacra pro defunctis fieri cæpta essent, hominesque superstitione capti ea mortuis prodesse crederent, nemo non voluit in cæmeteriis, juxta templa sepeliri, nimirum ut sacrorum illorum fructum post mortem perciperet. Sacerdotibus impetum non tantum non suffragantibus, verum etiam accendentibus: quia non parum quæstus ex ejusmodi officiis accederet. Hinc paulatim fatum fuit ut quod Cyrillus lib. contra Julianum gentibus objecit viz. illorum templa celeberrima fuisse sepulchra & monumenta, etiam in Christianos quadraret, ut apud quos consuetudo sepeliendi in templis multis in locis ita invaluit, ut pauci reperiantur qui alicujus notæ sint, qui alibi quam in templis sepeliri velint, plerisque etiam ipsis cæmeteriis quæ juxta templa sunt sordentibus. Dabit tamen consuetudo illa suo tempore hoc commodi, quod in die judicii *δικαιοκρίσιας* Dei testabitur. Inde enim elucescet multos majorem corporis sui curam gessisse quam animæ. Multi enim

Ff

repe.

reperiuntur qui sibi dedecori ducerent alibi quam in templis sepeliri, qui tamen vivi de frequentatione templorum ad cultum publicum qui in iis à cæteris fidelium exercetur, parum aut nihil cogitant. Vide porro hac de re judicium *Petri Martyris* loc. com. Claſſe 3. c. 14. §. 14. & Andrea Riveti Comment. in Gen. *exercit.* 171 *item* in Epist. de Peste digressionem de Sepulturis in Templis, & *Catholici Orthodox.* Tom. 2. q. 42. §. 3. *item Rever. Collega mei Gisb. Voetii* Append. 2. disp. de Templis que est de cæmeteriis, & Joan. Gerhardi Tract. de Morte §. 88.

IV. Quær. Quid ftatuendum fit de consecrationibus templorum & camiteriorum Pontificiis? Refp. de confecrationibus hisce videri potest Pontificiale Romanum Cap. De Ecclefiarum dedicatione, & Cap. De Camiterii benedictione. Nec non ut alios omittam Azorius Instit. Moral. Tom. 2. l. 9. c. 4 & 6. Cæterum ut rem breviter expediam confecrationes illæ & benedictiones fuperftitiofæ funt. . Quia verbo Dei destituuntur. 2. Quia mediis superstitionis fiunt. 3. Quia inefficaces funt, nec mortuis ullum commodum afferunt. Nam impii ubicunque sepeliantur Deo odio funt, nec locus sepulturæ tormenta quæ fecundum animam in inferno *perpetiuntur*, ullo modo mitigare, nec resurrectionem eorum ulla ratione feliciorem reddere poteft, Pii vero ubicunque terræ mandantur, Deo chari funt. Nec locus, qualifcunque fit, ubi corpora ipforum conduntur, felicitati animarum ipforum aut resurrectioni eorum beatæ nocere potest. 4. Quia confecrationibus talibus Judaifmus quodammodo revocatur, dum loca confecrata aliis fanctora esse perhibentur. Ajunt Pontificii confecrationibus fuis fieri, ne deinceps in locis confecratis diaboli habitent, (Vide *Durandum Rationalis* lib. 1. c. 8. n. 26.) verum 1. requirimus auctoritatem verbi Dei qua id probent. 2. Si id verum quomodo energumeni ubi ad templa Pontificiorum deferuntur mox non liberantur ? 3. Ait Apoftolus Petrus 1 Epift. c. 5. v. 8. Diabolum fideles circumire ut leonem *rugientem*, nec ullum locum excipit. 4. Confecrationes illæ cum fint fuperftitiofæ, non tam fugant quam alliciunt dæmonem. Collabente enim religione, crefcente superstitione, inualefcit Dei judicio Dæmonum efficacia, uti docet Apoftolus 2 *Theff.* 2 v. 9. 10. 11. 12. Quod etiam patet ex frequentibus dæmoniacis, qui *tempore* Christi erant, cum religio miserè collapsa effet, & fuperftitiones invaluiffent inter Judæos: Nec non ex oraculis gentium cum adhuc à vera religione alienę effet. Item ex spectris & energumenis apud *Pontificios* fati frequentibus. Quamvis enim facrificuli & monachi quandoque deprehensi fuerint, spectrorum architecti, uti oftendit *Lavaterus* de Spectris p. 1. c. 7. & Erasmus Epiftolarum *lib.* 22. & Sleidanus Comment. de Statu relig. lib. 9. Nec omnes qui apud ipfos habentur pro energumenis vere fint energume



ni ut docet exemplum Marthæ Brosseriæ apud *Thuanum* hist. lib. 123. facile tamen concessero non omnia quæ de spectris & energumenis suis narrant, efle conficta. Denique liquet idem ex revelationibus monafterienfibus quas omnes fictas fuiffe vix credibile est. Idem judicium esto de reconciliationibus templorum & cæmiteriorum post pollutionem, de quibus videri potest Pontificiale Romanum C. de Ecclesia & cæmiterii reconciliatione, nec non cap. de Reconciliatione cæmiterii per se. Et Azoriustomo & libro paulo ante indicatis c. 5.

v. Quær. *An fas* fit permittere ut alii quam reformata religionis homines in cæmiteriis eorum, prafertim ubi diftincta feftarum diverfarum non funt cæmiteria, sepeliantur? *Refp.* Pontificii alios quam fuæ religionis homines in templis, cæmiteriisque fuis sepeliri nolunt. Imo vero etiam infantes non baptizatos in iis humandos efle negant. Concedunt tamen ut, fi mulier pontificia gestans in utero fætum, moriatur, is una cum matre in templo aut cæmiterio sepeliatur. Nimirum quia fætus est tanquam pars ventris

matris suæ, nec à matre separatus est. vide Azor. inft. Moral. Tom. 2. 1. 9. c. 5. verum hifce missis, cenfeo non illicitum esse per se ut ii de quibus quæstio instituta fuit, in cemeteriis reformatorum, sepeliantur. Rationes sunt 1. quia nusquam sacra scriptura illud prohibet. 2. Quia non absolute illicitum est tales ferre in urbibus in quibus orthodoxi rerum potiuntur. Quod si autem vivos tales in eadem republicâ tolerare licet, non video qui nefas esse queat, permittere ut in iisdem cum reliquis cemeteriis sepeliantur. 3. Licitum, imo necessarium est, teste Apostolo 1 *Cor.* 7. ut vir fidelis uxori infideli ipsi cohabitare volenti cohabitaret, & mulier fidelis viro infideli. Licitum quoque est ut vir fidelis retineat uxorem excommunicatam: Imo id etiam necessarium est, nisi causa excommunicationis sit aut adulterium aut malitiosa defertio. Idem dicendum de muliere fidei, cujus maritus excommunicatus est. Matrimonium quippe est naturæ non gratiæ, licet sine gratia eo nemo bene utatur. *Tit.* 1. v. 15. quod si autem fidelibus viventibus licitum, & fæpe necessarium est infidelibus cohabitare, imo cum iisdem una caro esse possunt, videre non possum quare infideles cum talibus non tantum uno in templo vel cemeterio, sed etiam uno in sepulchro sepeliri nequeant, adeoque nec cur à locis in quibus orthodoxi sepeliri consuevêre excludendi sint. Nam non putem quempiam dicturum, ullum fidelem arcendum à cemeterio reliquorum, eo quod habuerit retinuit infidelem, id est vel jure suo usus est, vel etiam fecit, quod ut faceret ipsi necessarium esset. 4. Nihil contagii spiritualis accedere potest cadaveribus fidelium, à cadaveribus eorum qui tales non sunt, plurimum vero ubi vivi inter vivos fideles versantur; unde quoque Apostolus non necessariam cum

Ff 2

iis

iis conversationem prohibet 2 *Cor.* 6. quod si ergo alii quam orthodoxi in republicâ feruntur, nescio quare dici debeat, quod mortui à cemeteriis (præfertim ubi ut dixi distincta non sunt cemeteria) orthodoxorum arcendi sint. 5. Nescimus quid gratiæ Deus, heterodoxis & improbis ultima vitæ hora præstet, vide *Matth.* 20. v. 1. 6. & *Matt.* 27. v.6. Multi regum Judaicorum impii & sceleratissimi, turpesque idololatræ, & tamen omnes paucis exceptis sepulti fuere in civitate Davidis, plerique etiam in monumentis piorum suorum majorum. 7. Tota Chananæa typus fuisse creditur, patriæ nostræ cælestis, & tamen in ea etiam sepeliebantur qui ex ligno pependerant, quos maledictos fuisse scriptura docet, *Deut.* 21. v. 23. 8. Nullus locus alio jam sanctior est, nam ut ciborum sic & locorum distinctio sublata est. Unde consequitur, à parte loci nihil esse quare per se illi. licitum sit alios cum reformatis sepelire eodem loco. Quod si quis tamen pertendat cemeteria fidelium esse sancta quæram quânam sanctitate sancta sint id est utrum sancta sint sanctitate operativa, an significativa an vero obsignativa? At nihil horum dici poterit, ut docte docet Rev. Collega meus Gisbertus Voetius Appendicis 2. de Templis parte altera de Cemeteriis Th. v. *Probl.* 2. 9. Huc accedit quod quotidie apud nos in iisdem cum re. formatis, sepeliantur cemeteriis, cujuscunque religionis quæ in Rep. toleratur, homines, nullis quantum quidem mihi constat presbyteriis, claffibus fynodisve reclamantibus. 10. Occasionem dedit contrariæ

opinionem per suadere Pontificiorum existimantium templa cimiteriaque sua polluere, si in iis quos ipsi hæreticos vocant sepeliantur, item sepulturam, esse actum & partem religionis suam adeoque esse ecclesiasticam, & denique quod non debeant in uno loco secum quiescere qui vivi non habuere cum ipsis communionem. Atque hæc sunt imaginaria, merito opinio illa repudiatur. Quamvis autem res ita se habeat, minimè tamen nego. 1. potest Magistratum blasphemus, Reip. perturbatores, aliosque nefarios homines, ob causas politicas, arcere mortuos à cæmisteriis subditorum suorum, quia etiam vivos è republica expellere potest. 2. Posse incidere casum quo non expediat, id quod per se illicitum non esse dixi. Ut ex. gr. si qui alieni sunt à vera religione, interpretentur collusionem, aut approbationem impietatum suarum. Vide hac de questione quoque sententiam Cl. Collegæ mei Gifferti Voetii Appendicis parte paulo ante indicata Probl. 6.

DE DE SEPULTURA MORTUORUM.

PARS

SECUNDA.

Refp. STEPHANO SZATTH MARI Ungaro 19. Aprilis 1651.

Rogredimur ad adjuncta Sepulturæ. Cùm autem ea dispesci possint, in particularia & generalia, de particularibus quibusdam primo agemus, deinde de generalibus nonnullis. Ut autem aliquo ordine de particularibus dicamus, primo de talibus potissimum agemus quæ antecedunt & comitantur sepulturam, deinde de talibus potiffimum, quæ eam sequuntur. Quantum ergo ad particularia primi generis.

Quæritur 1. Utrum licitum sit corpora defunctorum aromatibus condire ne putrescant, verum ut in multa tempora confervari integra possint? *Refp.* Ægyptiis ut defunctorum corpora condirent olim in more positum fuisse tradunt sacræ literæ Gen. 50. v. 3. Nec non *Herodotus lib. 2. c. 86.* & frequentibus aliquot, & *Diodorus Siculus Bibliotheca lib. 1.* non usque adeo procul à fine. Uterque modum condituræ illius five τριχέσσεως ediflerit. Hebræos quoque cadavera suorum condidisse non tantum patet ex *Gen. 50. v. 2. 3. 26.* verum etiam historia euangelica *Marc. 16. v. 1. Joh. 19. v. 39. 40.* quamvis conditura cujus meminit historia euangelica diversa fuerit ab Ægyptiaca. Ægyptiaca enim fiebat per aromatum in corpus immissionem, at vero ea de qua Euangelistæ agunt, per aromatum ad corpus appositionem. Arabas etiam mortuos condidisse Sacchias testatur *Quæstionum medico-legalium lib. 4. c. 10.* Herodotus ait *lib. 1. c. 140.* Persas cadavera suorum cera oblidisse antequam ea terræ mandarent. Idem testatur *Strabo Geogr. lib. 15.* Condidisse etiam Peruvianos cadavera Regum suorum, dicit Josephus de Acosta *Hist. Nat. & Moral. lib. 5. c. 6.* Quid moris fuerit apud Babylonios, Lacedæmonios & Scythas ex Spondani opere quod *Cimiteria (acra)* vocat, *lib. 1. p. 1. c. 6.* haberi potest. Hisce ita præmissis propius ad quæstionem propositam accedamus. Existimo itaque condituram mortuorum non omnino

damnandam esse. Rationes quare ita fentiam funt, 1. Quia Josephus patrem medicis condendum dedit, & probabile non est, si id illicitum esset, id ipsum facturum fuisse. Huc accedit quod etiam ipfius corpus post mortem conditum fuerit, Gen. 50. v. 26. 2. Quia etiam conditura mortuorum tempore Christi apud Judæos in usu fuit, nec à Chrifto nec ab Apoftolis reprehensa legitur. 3. Quia probat Christus factum mulieris quæ ipfius corpus unguento pretiofo perfuderat, Ff 3 nimirum quia id factum fuerat wòς ἀταφιασμόν ipfius. 4. Quia fi illicitum non est vivis, fervare effigies sive imagines suorum, non video quare illicitum fit corpora præfertim virorum illuftrium aromatibus condire, ut à posteris confpici poffint, ipsique eorum adfpectu ad virtutem stimulentur. Nam condiri ita poffe corpora ut in multas ætates durent, non tantum ait Diodorus libro fupra citato, fed etiam Sacchias exemplis nonnullis oftendit. Dicit Corpus Cleopatraræ post 125 Olympiadas incorruptum fuiffe repertum. Item, Corpus Tulliolaræ Ciceronis filiaræ, annis mille trecentis poftquam fepultum effet integrum fuisse inventum, & denique Valentiaræ quæ Urbs Hifpaniaræ est, confpectum fuisse corpus Adoniram ministri Salomonis post duo millia annorum incorruptum, cum epitaphio Hebraico. Adducit Sacchias auctores ex quibus hec habet atque ita fidem fuam liberat. Et ego viciffim Sacchiam. Quia quos ille citat mihi ad manum non funt, nescio quam certa fint hæc exempla præfertim duo illa ultima. Jofephus de Acosta Hift. Nat. & Moral. lib. 5. c. 6. commemorat corpora regum Peruvianorum ad ducentos annos integra & incorrupta confervata fuille. Quod si confaret quod quidam viri magni credunt videlicet fepulturam esse symbolum refurrectionis, majoris momenti quam precedentia, argumentum inde pro conditura mortuorum haberi poffet, verum fententiam illam folide probatam non invenio. Dixi me condituram corporum humanorum in univerfum damnare non audere, verum neque fimpliciter eam approbare velim, quasi videlicet, res hæc extra omnem periculi aleam pofita fit. Nam plurimum hic vanæ gloriæ studio à viventibus peccari poffe (ut in cæteris quæ fepulturam fpectant frequenter, & forte nufquam frequentius peccatur) nemo ut opinor dubitabit. Accedit quod condituræ *illæ* corporum humanorum, præfertim ubi conditi fantitatis nomine celebres funt fuperftitioni nonnunquam ferviant. Miraculo enim quandoque deputatur, quod corpora quædam post aliquot ætates integra reperiantur, cum id aromatum viribus tribui poffit. Quamvis id etiam ex alia quadam naturali causa quandoque oriatur. Sacchias loco fupra citato cadavera à fulmine icta corruptioni obnoxia esse negat, nimirum quod fulphur, (ut quidam vo lunt) ipfis pro sale fit, vel quod, *ut ipfe* cenfet, fulminis vi abfumatur humidum, & fic ficcitate introducta, difficulter putredo fequatur. Idem quoque, ex Cardano corpora veneno interfecta, non putrefcere *tradit*, refertque mulierem, quæ exvenenato pomo interierat mortuam ita riguifle ut in petram tota videretur esse verfa, nec venter ejus aut cultro *aut* gladio incidi poffet. Commemoratur quoque ex Pausaniæ Eliacis lib. 5. militem qui ante 62 olympiadas mortuus erat, inventum, cujus vulnera adhuc recentia apparebant. Jofephus de Acosta Hift. Nat. & Moral. lib. 3. c. 9. ait in novo orbe loca esse in quibus iter facientes vento frigidiusculo & tenui (qui ibi fpirat) facile enecentur, mortui vero haud facile putrefcant.

11. Quæritur, *quid* ftatuendum fit de cereis ardentibus quos Pontificii cadaveri apponunt, adeoque & de facibus in Sepultura Mortuorum apud ipfos ufitatis? Refp.

Mos ille probari nequit. 1. Quia non ex facris literis haustus est, nec ex praxi Prophetarum, aut Apoftolorum aut ecclefiae Apostolicæ, fed à gentilibus ad Christianos dimanavit ut alia multa. Gentes enim funeribus faces addere solitos fuisse testis est Virgilius Æneid. x 11. ubi de funere pallantis agens ita inquit.

Arcades ad portas ruere, & de more vetufto funereas rapuêre faces : lucet via longo ordine flammaram, & late discriminat agros.

Necnon Seneca de Tranquillitate animicap. 11. *Totiens*, inquit *in vicinia mea conclamatum est*. Totiens prater limen immaturas exequias fax cereusque praeffit. Res hæcita clara est ut Bellarm. de Purgat. lib. 2. c. 19. responfurus ad canonem Concilii Elibertini quo prohibetur incensio cereorum de die in cæmeteriis, dicat, reprehendi & prohiberi eam cæmoniam, quia fiebat ex superstitione gentilium, qui putarent corpora mortua sentire aliquid. Vide quoque Joan. Steph. de ritibus ecclefiae lib. 1. c. 23. & Polydorum Virgilit lib. 6. c. 10. 2. Quia accenfiones cereorum, & facularum apud ipsos religiosa sunt ceremonia, iisque mysticæ figmficationes affinguntur ab ipfis. Fatetur hoc Bellarmin. loco paulo ante indicato, ubi ait, errore gentilium fopito, non esse malum ceremoniâ accendorum cereorum uti ad figmficandum animas vivere, & defunctos nostros esse filios lucis non tenebrarum. Idem habemus ex *Joh. Steph. Duranto* lib. & *cap. jam indicatis* & Spondano cæmit. facr. lib. 1. p. 3. c. 7. 3. Difplicuit hic mos Concilio Elibertino can. 34. ubi ait, *Cereos* per diem placuit in cæmeteriis non accendi. Inquietandi enim fanctorum spiritus non funt. Qui hec non obfervaverint arceantur ab ecclefia *communione*. Bellarminus ait reprehendi & prohiberi hanc cærimoniam quia fiebat ex superstitione gentilium, sed 1. absolute prohibet Concilium accensionem cereorum in cemeteriis. 2. Pontificiisuperstitionem gentilium, sed 1. absolute prohibet Concilium accensionem cereorum in cæmeteriis. 2. Pontificii fuperftitionem fuperftitione commutarunt. vide porro hac de re *Rivetum* Cathol. Orthodoxi Tract. 2. quest. 41. Ait Joannes Gerhardi Tract. de Morte no. 102. in quibusdam Lutheranorum ecclesiis cereorum accensionem in ufu esse in cænæ celebratione, in novorum conjugum ad templum deductione, in funerum curatione, fed hoc inter ἡττημα ecclesiarum Lutheranarum reputamus.

111. Quæritur, *an expediat, ut loculi atque sepulchra* eorum qui virgines obierunt floribus & corollis ornentur ? *Refp.* Ambrosius Orat. de obitu Va

len

lentiniani, morem ornandorum floribus tumulorum vetustum esse docet: Inquit enim, *non* ego floribus tumulum ejus adfpergam sed spiritum ejus Christi odore perfundam. Spargant alii plenis lilia calathis, nobis lilium est Chriftus. Nec non Hieronymus in epistola ad Pammachium de morte uxoris: Cateri, inquit, *mariti* super tumulos conjugum spargunt violas, rosas, lilia, floresque purpureos. Deinde non tantum virginum, sepulchra floribus olim aspersa fuifle, fed & maritos conjugum fuarum tumulos vario florum genere conspersisse ex dictis liquet : nunc autem loculis &

fepulchris virginum non conjugatorum flores adhibentur. Ut autem propius ad quæstionem propositam accedam, cenfeo, tutissimum esseut à tali loculorum & fepulchrorum ornatu abstinetur. Nam. 1. usus florum in sepulturâ mortuorum à gentilibus manasse videtur. Virgilius enim Gentiles eo ritu usos fuisse in mortuorum fepulturâ ostendit Æneidos 5. Purpureosque ait *jacit flores*. Et Athenæus lib. 15. c. 7. inquit Photon esse duplicis generis. Alterius quidem florem esse similem Hyacintho, Alterius vero quo utuntur in fepulchris esse decolorem. Mortuis etiam Lucianus Dialogo de luctu flores adhiberi solitos testatur. Nec non Cicero in Oratione pro Flacco. Cujus inquit, videlicet Antonii *damnatione* sepulchrum L. Catiline floribus ornatum, &c. Plin. Hist. Nat. lib. 21. c. 3. agens de Scipione, inquit, *Et jam* tunc corona Deorum honos erant, & larium *publicorum* privatorumque ac fepulchrorum & manium. Philostratus quoque amarantho sepulchra coronari folita fuisse auctor est. 2. Mos ille decorandi floribus loculos & fepulchra virginum tacitamfententiæ Pontificiorum ne præstantia virginitatis præ matrimonio approbationem continere videtur. Nam cum omnia apud pontificios, præfertim quæ spectant ad sepulturam fere religiosifis cæremoniis & mysticis significationibus plena fint, dubitandum non videtur, quin floribus corollisque quas sepulturæ virginum adhibent aliis vero negant, dignitatem illam prætentam virginitatis præ matrimonio significari velint tamen ea admittenda non fit. Status enim virginitatis in se consideratus statu matrimonii in se considerato sanctior non est. Uterque enim sic confideratus ex indifferentium numero est, quibus vel bene vel male quis uti potest. At vero si status uterque confideretur in ordine ad virtutes videtur *status* matrimonii statu virginitatis præferendus. Quia postquam peccatum in mundum ingreffum est, conjugium medium factum est ad compefcendas carnis ustiones. Quod si vero status uterque confideretur respectu personarum certis circumstantiis vestitarum, fieri potest ut status virginitatis statui matrimonii præferendus fit, verum id non nascitur ex statu virginitatis in se considerato sed ex circumstantiis talibus, cum per alias etiam fieri possit, ut huic aut illi personæ status matrimonii virginitatis statui antepo1111. Qux

11. Quæritur, *quid statuendum* fit de trina in via (quam quibusdam in locis Durandus Rationalis lib.7.c.35. n. 37. in usu esse ait) nimirum cum corpus ad fepulchrum defertur, statione? *Resp.* Concedo, ubi qui portant cadaver feffi sunt ex onere, non illicitum esse quiescere, ne ipsi damnum auferant, at vero ut qui mortuum portant, & una cum ipsis qui funus comitantur, præcise ter quiescant, superstitionum est. Quod porro patet, ex mystica significatione quam Durandus loco dicto trinæ hinc pausa fubeffe ait. Inquit enim trina hac pausa significari, quod mortuus cum viveret in tribus specia liter se exercuit, videlicet in Dei dilectione, in charitate proximi & in custodia fui, sive quod in fide sanctæ Trinitatis vixit, atque vitam finivit 2. Ad repræsentandum quod dominus triduo in ventre terræ pausavit. 3. Ut, per tres diætas psalmodiæ, quæ tunc dicitur trina fiat ei absolutio tribus modis, scilicet cogitatione, verbo & opere commiffis, & huc affert quod legitur. Exod. 3. *viam* trium dierum ibimus in folitudine.

v. Quid fentiendum fit de portatione fulcrorum duorum prope funus, cum deportatur ad fepulchrum, quæ alicubi in *ufu* est? *Resp.* cenfeo omittendam esse. 1. Quia inter nos

nullius ufus eft. 2. Quia ex papatu manasse videtur ut quo vigente locus in iis prope sepulchrum, uti puto, deponeretur, donec pro defuncto sacrificium pontificium offerretur.

VI. Quid statuendum fit de exequiis id est de comitatu quo funus ad sepulchrum deducitur? *Refp.* Licitum esse ubi mortuus ad sepulchrum defertur, in solatium viventium, funus comitari, & ut ita fiat, ab iis ad quos cura sepulturæ pertinet, peti, nullus ut puto ambigit. Verum dubitatio aliqua esse potest, utrum turba comitantium unus præcedere, an vero fequi debeat. Ratio dubitandi esse potest, quia cum efferretur Abner, Joab cum populo præcedere feretrum jussus fuit, Rege Davide feretrum sequente 2 *Sam.* 3. 31. Deinde quia Polydorus Virgilius refert etiam apud alios populos turbam præcedere solitam fuisse. Vide eum de *Invent. rerum* lib. 6. c. 10. Denique quia in sepultura Regum & principum qui funus comitantur, partim præcedunt partim sequuntur, cum tamen in sepultura reliquorum nunc fecus fiat. Turba enim comitantium feretrum subsequitur. *Refp.* In se hoc adiaphorum esse cenfeo, adeoque hic respiciendum quid confuetudo ferat. Ut enim in cæteris adiaphoris, à recepta confuetudine temere recedendum non est, fic nec hac in re, tum ne vanitatem nostram prodamus, tum etiam, ne aliis offendiculum objiciamus. Vide *Zeph.1.8.*

VII. Queritur, Quis fitus mortuo respectu plagarum mundi in sepulchro fit assignandus? *Refp.* Ait Durandus debere quem ita sepeliri ut capite ad occidentem posito pedes ad orientem dirigat, nimirum ut in ipsa positione quasi oret, & innuat quod de occasu festinet ad ortum ; de mundo ad seculum,

Gg

culum, puto legendum ad cælum. Verum indifferens est, quo situ mortuus in sepulchro jaceat. Nihil enim hac de re in verbo Dei præscriptum est, nec respiciet Christus quem situs quisque in sepulchro obtineat, cum veniet ad judicandum vivos & mortuos, sed quomodo vitam finierit. *Beati* qui moriuntur in domino *Apoc.* 14. 13.

VIII. Quæritur *quid sentiendum fit*, de usu aquæ benedicta circa mortuos, nec non incensatione eorundem? *Refp.* Pontificiis familiare est corpus defuncti, loculum sepulchrumque aquâ benedicta aspergere: nec non corpus defuncti femel iterumque, sacrificulo thuribulume manu ministri accipiente, incensare, ut videre est in *pastorali Mechlinienst* §. de officio sepeliendi mortuos; sed & hæc probanda non sunt. 1. Quia uti confectio aquæ benedictæ (de qua vide pastorale, Mechliniense, statim in initio) fit quoque usus ejusdem, cum adhibeatur ad supernaturales effectus, ad quos nec per naturam nec per institutionem divinam valet, superstitiosus est. 2. Legimus quidem Tabithæ corpus *Act.9.* lotum fuisse, sed aquâ benedictorum fuisse, aut lotionem istam adhibitam fuisse ad fugandos dæmonas (quo fine à Pontificiis in sepultura usurpatur, uti testatur *Durandus Rationalis* lib. 7. c. 35. n.38.) sacra scriptura non dicit. 2. Quia incensationes ejusmodi non tantum sunt actus otiosi, verum etiam superstitiosi, vide quæ *Joan. Steph. Durantus* lib. 1. de ritibus *Ecclesia*, disserit de mysticis

significationibus incenfi & thuribuli *lib. x. cap.9.* Item quæ Durandus habet de incendio quod mortuis adhibetur Rationalis *lib.7.cap.35.n.38.* & denique *Pontificiale Romanum* de virtutibus incenfi c. de confecratione *Ecclesia*, ex his enim habetur Pontificios incenso sine ulla auctoritate verbi Dei uti, ut typis quibusdam rerum spiritualium, & instrumentis ad effectus supernaturales. Fateor quidem posse res odoratas adhiberi ad dispellendum tetrum odorem qui forte ex cadavere diutius retento exspirat, emendandumque aërem, verum ea de re questio non est, sed de incensatione religiosa.

IX. Queritur *quid* sentiendum fit de signo crucis quo Pontificii loculum, juxta pastorale Mechliniense ter confignant, dicente paroco vel ejus substituto, signo corpus hoc signaculo sancta crucis ut in die judicii resurgat, & vitam æternam possideat per *Jesum* Christum dominum nostrum. Resp. Id ejusdem cum præcedentibus est notæ. Ubi enim Deus instituit loculos mortuorum signo crucis & quidem ter esse signandos, ut cadavera iis contenta resurgant & vitam æternam possideant? Non concessit Deus hominibus *eam* potestatem, ut pro libitu suo sacramenta vel sacramentalia instituant, vel rebus externis ad effectus supernaturales utantur; sed eos à verbo suo pendere iussit. Deinde iis qui in domino mortui sunt sufficit gratia Dei ad beatam resurrectionem, adeo ut nec præsentia signi crucis *eam* ullo modo *promoveat*, nec absentia impedire possit. Qui vero in impietate decesserunt, etiam si vel crucium myriadibus signentur eorum cadavera, nihilo tamen feliciores erant. Dum vivitur, seminatur, quod postea metitur, qui seminat carni suæ, ex carne metet interitum : qui vero seminat spiritui, ex spiritu metet vitam æternam. Vide *Matth. 28.19. Luc. 16. v. 29. Col. 2. 18. 23. Gal. 6. v. 7. 8.* Similis farinae est quod Durandus ait Rationalis *lib. 7. c. 35. n. 39.* quod capiti hominis Christiani, quocunque loco extra cimiterium sepeliatur, crux fit apponenda, ad notandum illum Christianum fuisse, quia diabolus hoc signum valde vereatur, & timeat accedere ad locum crucis signaculo insignitum. Nam nec per naturam habet signum crucis ut à diabolo timeatur, nec per institutionem divinam. Aliis armis opus esse ut fugetur dæmon monuit nos Apóstolus *Eph. 6. v. 10.* & sequitur. Certe si tam præsentaneum adversus diabolum signum crucis esset remedium, mirum foret non tantum Apóstolum verum etiam totam scripturam illud præterisse. Ait quidem Apóstolus *Gal.6.v. 14.* quod non gloriaretur, nisi in cruce domini, sed loquitur, de doctrina de Christo in cruce passo. Plura de signo crucis ejusque prætensa efficacia non addo. Si tamen quis ea de re plura velit, adire poterit disputationes Cl. & Rev. Collegæ mei D. Gisberti Voetii de Staurolatria.

x. Queritur, *quid* sentiendum fit de iis, qui cum mortuus tumulatur, ad tumulum nudis capitibus stant? Resp. mos hic natus est ex errore Pontificiorum, pro mortuo quem sepeliunt, precari folitorum: Unde etiam apud plerofque reformatos sensim exolescit. Nec immerito. Nam cum ipsi pro mortuis non oremus (qui pro ipsis orandum non est) videndum est ne gestum illum orantium retineamus, ne cum pontificiis colludere videamur. Nec est quod hic quispiam dicat, quod, dum ita facit, pro se ipso aliisque viventibus, occasione tumulationis cui adest, precetur, nimirum ut Deus spiritu suo perpetuam mortis venturæ meditationem in ipso aliisque operetur ut sese tempestive ad

eam præparet: Quamvis enim ita esset, oratio talis, cum *fit* privata, non publica, & aliis præsentibus fiat, sine externis gestibus peragi debet, tum ne peccetur in illud Christi *Matth.* 6. v. 5. tum etiam ne aliis (cum mente non voce oretur pro mortuo orare videaris, aut cum pontificiis colludere. Ab omni specie mali cavendum esse monet Apoftolus 1 *Theff.* 5. v. 22.

XI. Quid ftatuendum fit de ritu apud quosdam populos ufitato, quo in fepulchrauna cum mortuis aurum argentumque & vestes atque alia que ad eos pertinuerant inferebantur, & *forte* adhuc quibusdam in locis inferuntur? Refp. Refert Jofephus de Acosto Mexicanorum regibus & magnatibus morientibus, mactari folitos fuisse ipsorum ministros, nimirum, ut eorum confortio & ministe

Gg 2

ministerio post hanc vitam beatiores effent, nec non sepulchris ipforum fi sepeliebantur, (nam quidam etiam cremabantur) illatam fuiffe magnam vim auri, argenti; unionum vestisque pretiosæ, ne videlicet poft hanc vi. tam inopia premerentur. Idem commemorat Peruvianos folitos fuisse mortuorum oribus manibusque & veftium finibus (nam novis vestibus induti sepeliebantur) argentum inserere, quia credebant animas eorum post mortemoberrare & famem sitimque perpeti, atque aëris injuriis obnoxias esse, vide *eum Hist. Nat. de Moral. cap. 6. & 7. & 8.* Josepus Antiq. lib. 7. c. 12. narrat Davidem à Solomone sepultum fuifle, illatis in monumentum ejus maximis divitiis: verum tamen morem istum probandum non censemus. Nam 1. mortui talibus non indigent; ufus enim harum rerum ultra presentem hanc vitam non extenditur. 2. Monet Christus ut amicos nobis faciamus ex mammona iniquitatis, quod non fit ubi vestes, aurum, argentum, una cum mortuis sepeliuntur. 3. qui ita cum mortuis *sepeliunt*, aurum, argentum, vestes, furibus occasionem objiciunt fepulchra aperiendi, & quod ibi repositum est, auferendi. Huc facit quod refert *Barnabus Brissonius* de expilato fepulchro Cyri. *Vide eum* lib. 1. de regio Perfarum principatu circa finem. 4. Ftiam hoftibus occasio datur, ubi irrumpunt, fepulchra rimandi, ossaque defunctorum disjiciendi, ut avaritiam expleant. Nam etiam milites Vespasiani cum comperiffent Judæos transfugas, aurum quod haberent deglutitum, poftea egestum requirere, miferos occidère, ut aurum quod forte in ipforum vifceribus effet, raperent, vide *Josephum* de Bello lib. 6.c. 15. ubi ait una nocte duorum millium patefacta fuisse viscera. huc quoque pertinent quæ idem auctor recenset ejufdem operis lib. 7. c. 17. juxta distinctionem Latinam. 5. Fovetur hac ratione superftitio, *quasi* videlicet, res hujus mundi, mortuis prodeffe poffent. Nec refert quod Salomo à Jofepho dicatur, magnas monumento patris intulisle divitias. Nam 1. Josephi teftimonium hac in parte omni exceptione majus non eft. 2. Non omnia quæ Salomo fecit probanda funt. 3. Forte hoc fecit Salomo, (fi fecit) ut tutius eo loco, divitiæ in casum neceffitatis confervarentur. Magni quoque pretii non eft, quod fere foleamus mortuos ubi loculo imponunter, indufio induere. Id enim non mortuorum sed vivorum *caufa fit*, & præcipue ne si, aliquando retegantur, partes corporis quæ tegi *folent* & debent, viventium oculis pateant.

XII. *An expediat* campanas aliquo mortuo pulsari? *Refp.* Durandus Rationalis *lib.* 4. Campanis & iis quæ ad eas pertinent, nec non ftrepitui per eas excitato, varias attribuit mysticas figurations, & aliquo moriente campanas debere pulfari ait, nimirum ut populus audiens oret pro illo. Additque pro muliere bis debere pulfari, pro viro ter, pro clerico vero toties quot habuit ordines. Quare autem bis mortuâ muliere, mortuo viro ter fint campanæ pulsandæ, qui volet apud ipsum loco dicto videat. Omnes *ad ultimum* campanas impellendas ait, ut populus noverit pro quo fit orandum. Pulsandas etiam campanas affirmat, quum mortuus ducitur ad *ecclesiam*, & de *ecclesia* ducitur ad tumulum. Vide quoque *Joann. Steph.* Durantum de ritibus *Ecclesia* lib. 1. c. 22. qui etiam, cum Durando campanas pulsari ait, ut populus oret pro defunctis. præterieram quod Pontificii campanis suis vim fugandi dæmonas attribuant, ut videre est apud Durandum & Durantium locis paulo ante indicatis. Hisce præmissis propius accedo ad quæstionem propositam, & dico 1. Confecrationes campanarum earumque mysticas significationes superstitiofas eflē. Quia omni verbo Dei deftituuntur. Dico 2. Non eflē pulsandas campanas ut populus excitetur ad orandum pro defunctis. Nam 1. carent istæ orationes testimonio verbi Dei. Nam quod affertur à Pontificiis ex 2 *Macch.* 12. v. 44. nullius pretii est. Quia liber ille Canonicus non est. nec valet quod à quodam adducitur ex 2 *Timoth.* 1. 18. quia inde probari non potest Apoftolum pro mortuo vel mortuis precatum fuiffe. 2. Orationes tales funt inutiles. Nam fidelium animæ mox à morte ad Deum in æternam beatitudinem concedunt, impiorum vero in infernum; vide *Luc.* 16.v. 22.23. & 23. v. 43. 2 *Cor.* 5. 8. *Phil.* 1. 23. *Apoc.* 14. V. 13. *Judav.* 7. Statuunt quidem Pontificii esse animas fidelium quæ deferantur ad locum quendam fubterraneum, (quem purgatorium vocant) ut ibi per tormenta purgentur, iifque prodeffe fuffragia viventium; verum purgatorium illud commentitium esse à noftris abunde oftenfum fuit. Poslunt inter alios ea de re videri Calvinus *Inftit.* lib. 3. 3. c. 5. *Sadeel de vera peccat.* remiff. adverfus hum. Satisfactiones, Chamierus *Panstratia* Tom. 3. lib. 26. *Martyr.loc.comm.* clafse 3. c. 9. §. 11. & fequentibus. Chemnicus *exam. Conc. Trident.* p. 3. ad decretum de purgatorio. Amehus *Bellarm.* *Enervati* Tom. 2. lib. 5. Dico 3. Frufta pulfari campanas ad diabolos aut à cadavere, fi id fibi propofitum habent Pontificii aliunde fugandos. Vide ea quæ fupra de crucibus dicta funt. Dices experientiam oftendere ftrepitu campanarum fugari dæmonas. Narrat enim Martinus del Rio *disquifitionum magicarum* lib. 2. quaft. 16. Lucretiam quandam, quæ ex congregatione magorum domum deportabatur, cum audiretur matutinus campanæ pulfus quo populus ad orandum vocaretur, fubitò à dæmone depofitam fuiffe, & lib. 6. c.2.fect. 3. quest. 3. diabolus monacho cuidam ex monafterio fuo fugam meditati apparuiffe, eumque ad fugam animafle, at vero uno ictu feula a priore percuffa, in fugam actum fuiffe, eumque se in proximas latrinas demersisse. Addit idem maleficas quotidie fateri, diabolos qui eas vehunt; audito campanæ figno, ipsas in

terram dejicere, & fuga trepidos dilabi. *Refp.* 1. Cum Papatus fabulis scateat, merito exempla hæc aliaque hisce similia nobis suspecta eflē poffunt. 2. Si vera funt, inde tamen non habetur quod prætenditur. Diabolus veterator est, qui metuere se fingit, ut superstitione animos hominum occupet. Vide quæ Josephus *Antiq.lib.*8.c. 2. de Eleazaro quodam narrat. 3. Testimonio maleficarum, ut quæ sese diabolo in servitutem

dedere, standum non est; & quamvis verum esset quod ajunt nimirum diabolus audito campanarum sonitu onus infaustum dejicere, minime tamen inde probatur id per verum, non autem simulatum metum fieri. Dico 4. probandum non esse pulsationem istam campanarum, quæ diebus aliquot ante sepulturam defuncti, nimirum si dives est, in quibusdam reformatæ religionis locis adhuc obtinet, & à quibusdam reformatæ religionis hominibus usurpatur. 1. Quia hæc ratione cum Pontificiis videmur colludere. Cavendum autem est ab omni specie mali 2 *Theß.* 5. v.22. 2. Quia fieri potest, ut *qui* id faciunt, Pontificiis suspicionem injiciant, quod licet se reformatos fiment, papatum tamen intus foveant, aut faltem ei non magnopere adversentur. 3. Ea ratione Pontificiis, ut credibile est, sæpe occasio objicitur orandi pro mortuis. 4. Infirmis hoc pacto scandalum objicitur, imo nonnulli, cum abhorreant ab ista consuetudine ut papismum redolente, reluente conscientia, metu contentus abrepti, morem istum sequuntur, quod peccatum est *Rom.* 14. 5. Legimus *Hiskiam* 2 *Reg.* 18. 14. Serpentem æneum, olim jussu Dei factum, cum populus eo ad superstitionem abuteretur, confregisse, nobili exemplo posteris relicto, de tollendis superstitionis occasionibus, cui obstetricatur etiam campanarum illa pulsatio, occasione funeris à quibusdam nostrorum & Pontificiis usitata. 6. Frequens ille & diuturnus campanarum fragor qui excitatur cum multi ex divitibus moriuntur, ægrotis circa campanilia habitantibus, haud leviter incommodat. At vivis, propter mortuos, ut temere noceamus æquum non est. 7. *Synodus ecclesiarum Hollandicarum & Zeelandicarum anno 1574. Dordrecht* habita censebat art.52. pulsationes campanarum mortuorum causa institutas ubique abrogandas esse. Objicitur, id fieri in honorem mortuorum, non autem ad superstitionem. *Resp.* Tanto nobis esse non debet prætenfus ille mortuorum honor, ut propterea incidamus in incommoda quæ *jam dicta* sunt. 2. Honestè mortui sepeliri possunt, etiam si fragor ille campanarum non excitetur, uti ex multis Belgii locis liquet. 3. Eadem ratione à reformatis in usum revocari poterit cereorum accensio ad *funus*, & facularum ubi sepeliendum est, nimirum si aliquis, præfertim inter magnates, exemplo suo præeat. Objicitur 2. ex pulsatione ista commodum redire ad te. nuptias & ad reparationem templorum. *Resp.* 1. etiam in locis, ubi tales campanarum pulsationes, non *obtinent*, tenuiores sunt & templa, neque tamen tenuiores propterea mediam patiuntur, aut templa concidunt. 2. Potius cogitandum erat de minuendis sumptibus sepulchrorum quam de augendis. Nam omnibus notum est, quam non gratis quibusdam in locis mori liceat. 3. Non est faciendum malum ut eveniat bonum. Dico, quinto, si campanæ causâ mortuorum pulsandæ sint, hoc solum faciendum videri, ut populus ad deductionem funeris convocetur, ut alicubi in Belgio fit. Quamvis ne id quidem plane necessarium videatur. Nam multæ sunt urbes in quibus sine ullo incommodo, ubi mortuus ad tumulum portandus est, nullæ campanæ impelluntur, huc accedit quod convivia sine pulsatione campanarum, hospitibus complentur, & collegia varia citra campanarum pulsationem coeunt.

cam

X11. Quæritur *quid* statuendum sit de concionibus funebribus quæ vel nondum sepulto mortuo vel iam sepulto alibi habentur. *Resp.* Memorat Bullingerus Sermonum

Decade 5. *Serm.* 10. moris esse apud Helvetios, ut dum in loco Sepulturæ destinato deponitur funus & telluri mandatur corpus, fiant preces ab his qui deducunt funus, gratiasque agant quod in vera fide ex hoc sæculo evocarit mortuum, orentque dominum, ut ipsos quoque vera fide illuminatos mature ad se transferat. Præterea ut in cætu ecclesiæ publico cum honore recitetur demortui fratris vel demortuæ fororis nomen, omnesque admoneantur *fortis fuæ*, & maturæ se morti præparent. Præterea diversæ ecclesiarum Belgicarum Synodi diataxis suis circa sepulturam mortuorum offendunt, etiam morem habendarum concionum funebrium in hisce provinciis obtinuisse. Denique *Joannes Gerhards tract. de Morte §.89.* inter ritus in Ecclesiis Lutheranis observari solitos circa sepulturam mortuorum, etiam numerat conciones funebres haberi solitas cum id ab amicis petitur, Verum tamen satius est ut ejusmodi conciones omittantur. 1. Quia cum fere nunquam se magis prodat superstitio, quam ut ex talibus concionibus etiam nascentur preces pro defunctis, præfertim cum conciones tales, sue comitentur preces, nec non cantus ecclesiasticus, vide *Joann. Gerhards* loco paulo ante indicato. Unde enim putamus preces pro defunctis invaluisse, nisi ex talibus initiis. 2. Quia Pontificii, præfertim simpliciores percipientes concionibus talibus conjunctas preces, nec an pro vivis an pro mortuis fiant discernentes, in errore suo de precibus pro mortuis fundendis confirmantur. 3. Conciones ejusmodi fere degenerant in laudationes defunctorum; at inde multa incommoda oriri possunt. Nam . fieri potest ut laudentur tales qui nihil unquam laudabile gesserunt, præfertim si aut nobilitate generis, aut in dignitate constituti fuerint, potentesque relinquunt heredes aut amicos. Dices pastoribus videndum esse, ne indignos laudent. Resp. 1. At quid si tamen pastor, officii sui non satis memor, spe sive metu impulsus, id tamen fecerit, nonne ministerium turpiter proficietur & grave scandalum dabitur? 2. nonne fieri poterit ut pastor ignarus sceleris à viro commisi, (quod tamen alicui innotuerit,) mortuum laudet, & occasionem præbeat suspicandi ipsum vel pretio corruptum, vel metu laudes ab ipso extortas esse? 3. Quod si pastor, indignum non laudaverit, propinqui ejus, præfertim si potentes sunt, injuriam sibi factam judicabunt, & de vindicta cogitare poterunt. At omnia hæc evitari ponunt abrogatis concionibus funebribus. 4. Fieri potest ut negligantur laudes pauperum, qui tamen pie & sancte, & exemplariter vixerint. Neque enim ubique ubi conciones funebres habentur, nullo discrimine habentur. At quam turpe est pastori decantare laudes divitum, & potentium, sæpè pietate pauperibus inferiorum, pauperum vero laudes negligere? Quis neget hanc esse prosopopoeiam? Atque inde grave scandalum concitari, nimirum dum pauperes vident virtutes suas sordere, potentiorum vero in aperto poni. Dices omnes posse impetrare ut defunctis amicis, conciones funebres habeantur. Resp. 1. An id ubique verum, præfertim respectu pauperum fit, nescio. 2. An omnium pro quibus habentur conciones funebres eadem ratio habeatur, alii considerent. 4. Conciones ejusmodi funebres precepto divino exemplisque prophetarum & Apostolorum destituuntur. 5. Synodus Ecclesiarum Hollandicarum & Zeelandicarum habita Middelburgi Zeelandorum An. 1574. art. 52. conciones funebres abrogandas censuit. Verba Synodi sunt, de *concionibus* funebribus statutum est magna cum prudentia habita ratione adificationis ecclesiæ; ubi in usu sunt, esse abrogandas: ubi vero introducta non sunt, non esse introducendas, ad evitanda pericula & superstitiones que inde manant, quapropter

etiam censemus, pulfationes campanarum circa sepulturas mortuorum ubique debere *abrogari*. Simile est iudicium Synodi Nationalis quæ Dordrec. celebrata fuit anno 1578. Articulo enim 58. ita loquitur: *propterea* quod usus concionum funebrium periculofus est, censemus non esse introducendas ubi introducta non sunt. Verum ubi in usu sunt, & ministrorum sufficiens numerus est, una cum fenioribus iudicantium non inutiles esse, tolerabuntur, donec fine scandalo abrogari poterunt. Sed tamen (ubi hac cautione, nimirum ut magis formam habeant extemporanea admonitionis, quam concionis qua precibus inchoatur & concluditur. Deinde etiam ne in eisdem defunctorum laus depradicetur. Muneris quoque ministrorum erit ut curam gerant, ut usus campanarum qui in papatu tum aliquo è vivis excedente tum etiam tempore sepultura obtinet, removeatur. Eadem est sententia Synodi Nation. Middelb. Zeeland. habitæ an. 1581. Art. 48. *Ubi* conciones funebres non obtinent, non instituentur; At vero in locis ubi recepta sunt, dabitur operam ut mediis maximè idoneis abrogentur. Synodus Nationalis que an. 1619. Dordrecht habitata fuit art. 65. eodem modo loquitur. Zepperus Politia Ecclesiastica lib. 1. c. 15. licet concedat usum concionum funebrium, ἔγκωμιακὰς tamen vel πανηγυρεῖν repudiat, tum quia non omnes ita vivunt ut laudari mereantur, tum quia inde nihil expectandum est, quam si quisquam prætereatur, qui laudari dignus sit, querimoniarum & in ministrum invidia & obrectatio. Sed etiamsi tollerentur laudes defunctorum, manet tamen periculum superstitionis præsertim in locis ubi magna est Pontificiorum frequentia. Deinde quam difficile sit conciones tales habere sine digressionibus ad laudes defunctorum fati, ut puto experientia multis in locis docuit & ipse Zepperus ibidem ostendit cum ait; *Sin tanta* defuncti in Ecclesiam, Remp., patriam, proximum, aut pauperes exstent beneficia, vel tanta in eo fulferit pietas, ut sine ingratitude, & erga Deum & defunctum nota, hinc tunc hac preteriri & una cum defuncto sepeliri non possint aut debeant, etiam, quam fieri potest verecundissime hoc fiet, isque potissimum scopus prefixus sit; ut Deo hoc nomine agantur gratia, & superfluitates ad emulationem tantæ virtutis, pietatis; & *benemeritorum excitulentur*.

opera

XIII. Quæritur, *quid fatuendum* sit de formula quadam dix in orationibus funebribus teste Joan. Gerhardi apud Lutheranos usurpari solita, nimirum, Deus det ei pacatam quietem & beatam ad vitam resurrectionem: adeoque & aliis istius similibus, quibus quidam cum de mortuis est fermo, utuntur, dicentes, Deus habeat ejus animam, aut Deus benefaciat ipsius manibus? Resp. Ab eiusmodi formulis abstinendum cenfeo. 1. Quia Pontificii mortuis optant quietem & pacem propterea quod credunt animas fidelium, faltem multorum, mox à morte purgatorii flammis excipi. At vero abstinendum nobis est ab eiusmodi formulis, quibus errorem approbare videri possimus. Formulæ illæ per se consideratæ (quidquid sit de sensu utentium) denotant eos de quibus loquimur, nondum quietem adeptos, aut resurrectionis beatæ securos esse, adeoque simplicioribus errandi occasionem objiciunt. 3. Formulæ talibus Dei homines in verbo Dei nusquam utuntur, ut nec æquipollentibus, *Joannes* Gerhardi tamen Tract. de *Morte* S. 87. primam illarum formularum, quantum percipere possum,

tueri conatur, eamque in orationibus Funebribus ufurpari ait, ut fit publicum testimonium de requie & salute pie defuncti, cui de hac salute gratulemur. 2. Ad consolationem lugentium. 3. Ad declarationem pii affectus erga defunctum : verum non est quaestio utrum quis formula tali, aliave simili utens de statu defuncti recte sentire possit; neque an formula talis adhibita mitigatione & cominoda interpretatione sanum sensum, (quod nunc non examino) recipere queat, sed utrum expediat, ut formula ea; aliave simili εὐπῆ, ubi de mortuis fermo

Hh

fermo est, utamur; praefertim postquam dogma illud Pontificium de Purgatorio cum annexis orbem perturbavit. Non expedire autem, ex praecedentibus patere arbitror. Quod si aperire libet quid sentiamus de salute pie defuncti, aut consolari lugentes, piumque erga defunctum testari affectum, cur non ita loquimur, ut sine interprete intelligamur? Non puto verba deesse quibus clare significemus, quid de statu pie defunctorum sentiamus, lugentes consulemur, aut quibus pium affectum erga pie defunctum ostendamus. Vide *Calv. Epist.* 366.

De Sepultura Mortuorum, Pars tertia. Quam D. CAROLUS de MAETS, p.m. Theologia cum viveret, Professor eximius & Ecclesiae Pastor vigilantiss. conscripserat & ad editionem pararat. Quamque nunc Favente Deo Opt. Max. Sub praefidio, D. GISBERTI VOETII, SS. Theolog. Doct. ejusdemque facultatis in inclita Acad. Ultraj. Profess. ac ibidem in Ecclesia Pastoris vigilantissimi. Publico examini subicit, STEPHANUS SZAITHMARI Ungarus. Ad diem 10. Maij.

Equitur nunc ut de adjunctis quibusdam sepulturam consequentibus praecipue agamus.

Quaeritur ergo 1. Quid judicandum fit de filiceniis, id est conviviis, qua exhiberi solebant, à propinquis defuncti post ejus tumulationem? *Resp.* Gentiles sepulchris mortuorum apponebant cibos ad placandos manes justaque solvenda defunctorum umbris. Iliad. multa cum Patroclo animalia cre. mata legimus. *Æneid.* 6. Sepulchro Polydori lac & fanguinem additum fuisse Poëta canit. Hisce similia habet *Æneid.* 5. agens de sepulchro Anchisæ. Ex Ovidio aliisque inter veteres similia haberi possunt, quæ prætereo. At prætereire non possum quod refert Josephus de Acosta hist. Natur. & moral. lib. 5. c. 7. videlicet fere per totam Indiam Occident. gentibus in more positum fuisse ut in sepulchris cibum potumque apponerent. Præterea etiam apud Gentes aliquo sepulto convivia celebrari solita fuisse patet ex Homero Iliad. in descriptione funeris Hectoris. Nec non ex Varrone, quem citatum vide à *Job. Andrea.* Quem stetit de Sepultura veterum difp. 7. ubi quoque nonnihil de viscerationibus apud Romanos, habet. Videri quoque potest, Spondanus lib. 1.p. 3.c. 17. cimiteriorum factorum. Tempore Augustini in Africa & alibi ad memorias sanctorum pultes, panis & merum afferebatur, atque ex his convivia lib. 6. c. 2. Matrem suam Monicam interfuisse ait. Idem eadem de re agit de Civitate Dei lib. 8. c. 27. *Hic* præmissis

miffis dico non expedire, ut ejufmodi convivia exhibeantur. 1. Quia convivia talia superstitioni gentilium funt familia. Vide Augustin. Confeff. lib. 6. c. 2. 2. Quia Pontificii ex conviviis veterum Christianorum, de quibus paulo ante dictum fuit, probare conantur, orationes fuas pro mortuis, & ipsi similia infituunt atque ex iis cibum & potum mittunt ad pauperes & religiofos, ut pro anima defuncti orent. Vide *Bellarm. lib. 1. de Purgatorio c. 3.* 3. Quia convivia talia teftimonio verbi Dei carent, & exemplis. 4. Quia moleftum est iis, qui in luctu versantur, occupari in apparandis conviviis, ut quę non lugentium sed lætantium negotium sunt. 5. Sæpe acci. dit in talibus conviviis ut hofpites cibo & potu exhilarentur, & vino incalefcant, adeoque lugentium dolorem augeant: quippe qui videant propinquos aut familiares fuos, calamitate fuâ non affici, nec flere cum flentibus, fed potius ridere contra præceptum Apostoli *Rom. 12. verf. 15. Hebr. 13. verf. 3.* 6. Quia per talia convivia impensæ funebres non parum augentur magno fæpe cum viduarum & orphanorum incommodo. Videndum autem potius erat ut minuerentur: utpote quæ etiam fine talibus conviviis, dum nemo alteri cedere cupit, & alias ob caufas, *fatis*, immo nimis magnę fint. 7. Ambrosius lib. de Helia & Jejunio c. 17. convivia ex cibis ad memorias martyrum allatis instituta improbavit, & inhibuit Mediolani: ut docet Augustin. confeff. lib. 6. c. 2. Nimirum ne ulla occasio ingurgitandi se daretur, & quia ista quasi parentalia superstitioni gentilium essent similia. Et ipse Augustin. lib. 8. de Civitate Dei c. 27. ait, quod talia convivia à Christianis melioribus non celebrarentur, & in plærisque terrarum non esset talis confuetudo. Vide eundem quoque enarrantem, quomodo sese multi gesserint dum ejusmodi convivia celebrarent *lib. 1. de Moribus Ecclefie c. 34.* Vide quoque *Synodum Arelatensem tertiam c. 5.* Nec non canonum in septima Carthagenfi ex præcedentibus Aphricæ conciliis recitatorum vigefimum feptimum. Hæc fufficere videri possent ad determinationem quæftionis propofitæ, nisi obstare viderentur loca quędam Scripturæ, quæ talibus conviviis favere cuipiam videri poffint. Quo circa verbo adea repondendum est. loca itaque illa exstant. 2. *Sam. 3. 35. Jer. 16. v. 6. 7. Ezech. 24. v. 17. & Tobia 4. v. 18.* Verum non difficilis est responsio. Quantum enim ad primum is meo judicio nihil ad rem facit. Nam 1. Sensus loci non est, accessisse, populum ad Davidem, ut eum ad epulum funebre invitaret, sed monuisse ut cibo aliquo se refocillaret, ne nimia illa tristitia & consternatio quam conceperat ex cæde Abneris ipsi noxia esset. 2. Dicitur versu eodem Davidem non admisisse admonitionem istam populi; adeoque etiam tum epulæ illæ funebres in ufu fuiffent, probari non poffet, eas à Davide approbatas fuisse, sed potius contrarium inde haberetur; ut qui

Hh 2

qui non convivio funebri, sed jejunio claudendam sepulturam Abneris cenfuit: quomodo quoque jejunio profecutus fuerat cędem Saulis & Jonathanis, ubi ea ipsi innotuiffet. 2. *Sam. 1. v. 12.* quod etiam Jabescitæ fecerant, longius tamen tempus jejunio dantes. Vide 1. *Sam. 31. v. 13.* Quantum ad alterum; eo non commendantur convivia, de quibus agimus, fed tantum quid moris tunc effet explicatur. Non commendari autem ibi morem illum de quo agitur, patet, quia ibidem recensetur, quod Judæi etiam tum propinquo aliquo amisso, pro illo sibi cæfuram atque calvitium

inderent, quod tamen Deus vetuerat *Levit.* 19. 27. & 21. 5. *Deut.* 14. v. 1. Neque agitur de conviviis quæ propinqui defuncti aliis instruerent, verum de prandio cœnâve ad quam ab aliis vocabantur, qui ob mortem propinqui lugerent: Locus Ezechielis præcedenti fimilis est. Locum ex lib. Tobiaë desumptum quod attinet is græce ita fonat ἐκχεον τὲς ἄρτες σε ἐπὶ τὶς τάφον τῶν δικαίων, κὶ μὴ δὸς τοῖς ἁμαρτωλοῖς, in vulgata vero latina sic redditur, panem tuum & vinum tuum super sepulturam *justi* constitue, & noli ex ea manducare *bibere cum peccatoribus*. Verum 1. liber hic apocryphus est, ut à nostris adversus Pontificios fæpius oftenfum fuit. 2. Oftendi nequit hic præcipi ut convivia de quibus hic agimus inftruantur, nedum quod sensus ejus fit, quem vult Bellarminus videlicet, inftruendum esse convivium, pauperesque vocandos, ut ipsi post acceptam eleemofynam orent pro animabus defuncti. Quidni enim dicemus præcipere Tobiam filio ut justorum defunctorum propinquos mensæ fuæ adhiberet, nimirum ut eos recrearet & confoletur. 3. Etiamfi auctor hujus libri filicernia laudaflet, mirum id non foret, quod & alia in eo occurrant non probanda. Quale illud est quod traditur ab Angelo, juxta auctorem libri illius cap. 6. v. 1. Deadolendo corde & hepate piscis à Tobia juniore capti, ad fugandos dæmonas in perpetuum. Id enim tale est, ut nullo tectorio incruftari possit. Pugnat enim cum iis, quæ à Domino nostro Christo Jesu traduntur. *Matth.* 12. v. 43. & 17. 1. 21. Vide latius hac de re *Joan. Rainoldum* in Cenf. lib. Apocryph. prælect. 46. 47. quamvis autem improbem apparatus convivorum à propinquis defuncti post ejus tumulationem exhibendorum: nolo tamen ita morofus esse ut cenfeant eos qui ad deducendum funus ad sepulchrum advocati peregre advenere, ubi non habent à quibus *recipiantur*, à propinquis defuncti domo excludendos esse, aut hospitalem ipfis denegandam. Nam filicernia ita improbo, ut tamen humanitatem & hospitalitatem non damnem. Potest hospes benigne excipi, etiamfi non convocetur turba hominum unacum ipso epulatura.

II. Quæritur. *Quid* ftatuendum fit de panibus qui à Pontificiis post tumulationem pauperes distribui solent? *Resp.* Certum est pauperibus benefaciendum endum esse. Verum tamen morem istum probandum non cenfeo. Nam 1. originem duxit ex more veterum ab Ambrosio Mediolani abrogato & à melioribus Christianis teste Augustino, servari non solito, ex cibis ad memorias martyrum allatis convivia instituentium & inde partes aliis mittentium. 2. Faciunt id Pontificii teste Bellarmino, ut eos quibus panes conferuntur, invitent ad precandum pro anima defuncti.

III. Quæritur. Quid Statuendum fit de confuetudine que alibi obtinet, qua in templis que nunc cemiteria fere ubique sunt, post concionem panis butyrumque in pauperes distribuitur, nimirum ex redditibus quibusdam ad eum finem à quibusdam legatis? *Resp.* Censeo morem eum vix posse excufari. 1. Quia distributio talis tali loco & tempore facta, magnam similitudinem habet cum more quorundam veterum parentalia gentilium redolente, cibos quosdam ad memorias martyrum adferentium. 2. Quia vix dubitari potest, quin ii, qui primi testamenti suis ut eo loco & tempore ex legatis cibi illi distribuantur instituere, ea ratione tum pauperes qui ipforum beneficio cibos illos accepturi essent, tum alios excitare voluerint ut pro ipforum animâ precarentur. 3. Quia probabile est Pontificios qui cibos accipiunt, occasione loci invitare ut pro animabus

eorum, quorum beneficio cibos illos accipiunt, orent. Præfaret ergo meo iudicio ut alio loco cibi tales in pauperes distribuerentur, ne videlicet fuperftitionibus occasio præbe

retur.

Requitur nunc ut ad adjuncta quædam sepulturæ generalia, id est quæ eam antecedunt, comitantur, & confequuntur, tranfeamus.

Quæritur ergo 1. *Quid* statuendum fit de luctu ob mortuos? five an licitum fit lugere mortuos? *Refp. Aff.* 1. quia Apoftolus 1 *Theff.* 4. v. 13. non simpliciter vetat lugere mortuos; sed tantum modum lugendi. Etenim non vult, ne contristemur, sicuti reliqui qui spem non habent. 2. Quia legimus Christum ob Lazarum, licet suscitandus esset, lachrymatum esse, *Joan.* 11. 35. nec non ob excidium Hierosolymitanis obventurum *Luc.* 19.41. 3. Huc quoque faciunt exemplanctorum. Abrahamus luxit Saram conjugem, *Gen.* 37. v. 34. 35. *Levit.* 10. vers. 6. 7. conceffit Moses Israelitis ut deflerent casum Nadabi & Abihu filiorum Aaronis, tantum prohibuit Aaronis filiisque ejus superstitionem nudationem capiti & lacerationem vestium suarum, nimirum quia oleum unctionis super eos effudit. *Num.* 20. v. 29. dicitur tota domus Israelis Aaronem è vivis ereptum flevisse triginta diebus, sicuti quoque ob Moysen *Deut.* 34.8. Idem Samuele mortuo ab Israelitis factum memoratur 1. *Sam.* 25. 1. David 2. *Sam.* 1. 17. Saulem & Jonathanem deflevit, ut etiam Abiathar filium suum 2. *Sam.* 18. 33. Jeremias lamentatus est propter Josiam dixeruntque omnes mulieres

Hh3

mulieres de musica in lamentationibus suis de Josia dicta 2 *Chron.* 35. v.2 5. Religiosi quidam viri plangorem magnum super Stephano, quem extulerunt, edidisse memorantur *Act.* 8. v.2. 4. Licitum est tristari ob malum quod propinquo aut amico evenit, modo ne tristitia sit inordinata. At vero mors propinquorum & amicorum malum quoddam ipforum est. Quia licet propter Christum transitus sit in meliorem vitam, tamen in se mala est, quia est destructio naturæ, unde eam omnes naturæ, uti in se est, & confideratam reformidant, & Apoftolus eam & *Cor.* 15. 26. ultimum hostem vocat. 5. Licitum est lugere propriam calamitatem. At vero calamitas quedam est orbari propinquo amico dilecto. Per mortem enim ipforum confortio, alloquiis; & officiis privantur. 6. Licet tristari ob calamitatem aliorum nobiscum in mundo viventium, præfertim publicam. At vero mors multorum multis sæpe, imo toti alicui Reip. aut Ecclesiæ calamitosissima sæpe est: patet id ex interitu Josue, Josaphati, Jojadæ, Hiskia, Josia & aliorum multorum; 7. Storgæ à Deo naturæ sunt indite; non vult ergo Deus, (nam ipse opus suum non damnat) ut eas exuamus, sed ita moderemur ne inordinatæ evadant, Atqui storgæ illæ hominem stimulant, ad luctum propinquo aliquo amisso; ut vel ex ipsis bestiis patet, in quibus sensum doloris videmus, ubi aut compare suo aut pullis orbantur. Videntur tamen quædam in contrarium objici posse, quare ad ea paucis est respondendum. Primo ergo objicitur, quod sanctorum

moderationi contrarium videatur lugere mortuos. Poscit enim ea ut sese placide divinæ voluntati submittant. *Refp.* Non omnis luctus ob calamitatem five suam five alienam pugnat cum moderatione debita, sed inordinatus tantum, id est, talis qui cum murmuratione, adversus Deum iudiciorum ejus accusatione, aut cum diffidentia desperationeve conjunctus est. Nam & Christum graviter tristatum fuisse, ob poculum quod ipsi bibendum erat legimus *Matth. 22. Heb. 5.* Cum tamen in eo nihil inordinatum fuerit. 2. Objicitur, quod David cum ipsi indicatum esset filiolum ipsius mortuum esse, se laverit, atque unxerit, & vestimentis mutatis domum Jehovæ sit ingressus & sese incurvaverit, & postea domum regressus petierit ut sibi cibus apponeretur, & comederit, cum antea jejunaasset, & humi cubasset, & iis qui factum ipsius mirabantur, dixerit : dum infans viveret, ieiunans flevi, quia dicebam, quis scit, gratiam est facturum mihi Jehova, ut vivat infans. At nunc mortuus est, quorsum ego jejunarem? potestne revocare eum denuo? ego sum abiturus ad ipsum, at ipse non est reversurus ad me. *Refp.* Non ait David se post mortem filii sui non amplius contristatum fuisse (nimis enim teneræ sunt storgæ parentum, qui omnem humanitatem non exuerunt, quam ut mortes filiorum suorum & quidem talium, quibus ipsi peccatis suis perniciem accerxerunt, sine ulla tristitia

tristitia ferant) verum tantum significat, se non amplius cum jejunio & humicubatione Deum orare pro vitâ filii sui ut antea fecerat, quia ipsa re compererat, comminationem quam Deus per Nathanem strinxerat, non fuisse conditionatam, sed absolutam. 3. Objicitur quod mors malum fit necessarium, quod nullo modo evitari potest, frustra que doleamus ob id quod necessarium est, nec effugere licet, imo quod hoc nihil aliud fit, quam malum malo cumulare. *Refp.* 1. Licet omnibus moriendum fit, luctus tamen omnis propterea non est illicitus. Nam inhumanum est aliorum malis non commoveri; & stupor potius est quam fortitudo propria damna quæ ex morte eorum qui nobis chari fuere ad nos redeunt, pro nihilo ducere. Propterea nobis à Deo affectus inditi sunt ut ob prospera gaudeamus, Deoque læti gratias agamus, ob adversa vero tristemur, peccatorumque nostrorum, ob quæ immittuntur recordemur, eorumque remissionem postulemus, ne gravius nos affligat. Licet itaque luctus ille frustra sit, si instituatur ad recuperandum eum qui è vivis excessit, ut David docet 2. *Sam. 12.* frustra tamen non est, quatenus fructus & testimonium est humanitatis ejus, quæ in nobis est facitque ad humiliationem nostram coram Deo, & nos ad peccatorum confessionem, veniamque petitionem & ad vitæ emendationem excitat. 4. Objicitur quod fideles per mortem ad meliorem vitam transeant, adeoque non tristandum sed ob eorum mortem gaudendum fit. *Refp.* Neque etiam flendum dicimus ob mortem fidelium, quatenus est transitus ad meliorem vitam, sed quatenus est naturæ destructio, id est dissolutio animæ & corporis; & quatenus mors fidelium est nobis & aliis noxia. Christus ob poculum quod sibi bibendum erat, graviter tristatus fuit, quamvis poculi illius bibitio, & Ecclesiæ salutaria, & sibi fructuosa, & Deo gloriola futura esset. Sed non fuit tristatus ob potum illud, respectu fructuum istorum, sed quatenus poculi illius bibitio inclinationi naturali contraria, sibi que molesta & amara erat. Quocirca dictum illud Cypriani Serm. de *Moral.* dicentis sibi revelatum non esse Jugendos mortuos; dextre accipiendum est. Nec Thracum mos imitandus qui nato homine

flevisse dicuntur, exsequias vero cum hilaritate celebrasse. Idem iudicium esse de confuetudine, quæ olim apud Massilienfes obtinuit teste Polydoro *Virgilio* de Invent. rerum lib. 6. c. 10.



II. Quæritur. Quid fentiendum de fignis luctus ob mortuum ? Id est an licitum fit fignis luctum ob mortuum prodere? *Refp.* Quamvis de fignis luctus disp. 5. de Voto Jephthę thes. 6. egerimus, & quidem ita ut determinatio quæftionis propofitæ inde facile haberi poffit, in gratiam tamen eorum ad quorum manus difputatio ea non pervenerit, quid hac de

quæftione cenfendum fit, hic etiam non explicare gravabimur. Signa itaque luctus duplicia funt, nimirum vel communia, vel quibusdam gentibus peculiaria. Prioris generis fufpiria, lachrymæ, lamentationes, planctus, jejunia & alia quædam hujus generis. Pofterioris generis funt, cineres, cilicium, humicubatio, veftium laceratio, capillorum barbeque tonsura, vel nutritio capillorum, barbæve, vulfura, corporis incisiones, veftes pullæ, aliaque fimilia. Exempla horum rituum non adfero, qui volet videre, poterit quæ attulimus Difput, & thefi Difputationis paulo ante indicatæ. Prioris generis fignis in luctu ob mortuum uti nefas effe, præfertim quando per mortem ejus quem lugemus aut nobis aut familię noftre, vel Reipub. aut ecclefie grande aliquod detrimentum nafcitur aut metuitur, nemo facile dixerit. Abraham *Gen.* 32. v. 2. Saram, Jofephum 50. v. 1. David, Absolomum 2. *Sam.* 18. 33. flevifle legitur. Viri religiofi qui extulere Stephanum plangorem magnum fuper eo fecifle leguntur. David ob mortem Saulis & Jonathanis, cæfumque Ifraelitarum exercitum cum viris fuis 2. *Sam.* 1. 12. flevifle & jejunasse dicitur. Huc accedit quod ipfe Chriftus ob Lazarum *excitandum*, tamen Joan. 11. 35. Nec non *Luc.* 19. ob calamitates Hierofolymitanis eventuras flevifle. Obfervandum tamen est. 1. ne quid ficte fiat, id eft, ne fignis hifce trifitiam fimulemus, cum revera non trifitamur. Simulatio enim talis peccatum eft. Quod enim mendacium est in verbis, id fimulatio talis in factis eft. Hinc apparet quid ftatuendum tum de præfictis veterum, de quibus videri potest *Elias* Schedius de diis Germ. Syntag. 2. c. 51. tum de fimilibus Ruflorum, de quibus videri potest Guagninus Rerum Polon. Tom. 2. in pag. 902. 2. Ne figna luctus noftri immoderata fint, Id eft, ne talia fint ut animi impatientis, aut *trifitia* abforpti indices esse queant. 3. Ut τὸ πρίποντο five decori ratio habeatur. Quemadmodum enim in precibus, quas ab aliis fejuncti ad Deum fundimus, multi *fæpe* geflus liciti funt, imo etiam utiles effe poffunt, fic etiam in luctuevenire poteft, ut quædam privatim licita ant, videlicet ne quid ficte agere videamur, aut ne quicquam facere iudicemur, quod persona nofta *indignum* fit. Quantum ad figna pofterioris generis, plæraque talia funt, ut licita effe queant. Sed videndum 1. ne exotica, id eft talia quæ *ufitata* non funt in gente in qua vivimus, affectemus. *Zeph.* 1. v. 8. 2. Ne figna illa fuperftitiofa fint, aut talia, ut is qui iis utitur cum fuperftitiofis colludere videatur. *Levit.* 19. v. 27. & 21.5. Ab omni enim specie mali cavendum est. 1. Theß. 5. v. 3. 3. Ne talia fint ut jis peccetur in præceptum

fextum. *Levit.* 19. 28. & 21. 5. *Deut.* 14. 1. Adeoque refugiendi sunt mores Scytarum de quibus Calius Rhodiginus *Antiq. lect. lib. 17. c. 21.*

Roma

Romanorum de quibus Lipfius *Saturnal. lib. 1. c. 8.* Gallorum de quibus Caar de bello Gallico *lib. 6.* Peruvianorum de quibus Josephus de Acosta *Hift. Nat. Moral. lib. 5. c. 7.* Et Braminum de quibus agit *Abrah. Rogerius c. 19. 4.* Ne signa illa luxum potius quam luctum spirent. Nam semper à luxu est abstinendum : utique etiam in luctu. Luxu triftitiam testari perinde est, ac si quis cilicio, cinere, jejunio & squalore, penula detrita letitiam suam ostendere vellet. Distinguenda sunt signa luctus, à signis quibus quifpiam mortuus esse indicatur. Luxu nefcio quomodo luctum testari possumus, cum squalor potius luctum deceat ; At mortuum esse aliquem ex nostris variis significare possumus. Testantur nunc multi aliquem è suis esse mortuum pulsatione plurimum campanarum per plures dies: emissione multorum virorum catervatim per plateas difcurrentium eo fine ut alios sollicitent, ut funus comitentur; Vestitu atro sed novo, palliique fere pretiosissimis, ad terram usque dimissis, imo nonnunquam ita longis ut ab aliis attolli necesse sit. Parietibus pannis atrii coloris solem fere excludentibus, & diem in noctem fere commutantibus obductis ; panno atrii coloris pretiosissimo, longissimo, latissimoque locus, in quo mortuus jacet, tegente; Obambulatione quaeritis ambagibus per plures plateas, cum mortuus ad sepulchrum deferretur, instituta. Insignibus defuncti feretro praelatis, loculo impositis, parietibusque vel columnis templi, in quo defunctus conditur, una cum armis affixis, nec non ex aedibus, ex quibus mortuus elatus est, appensis aliisque similibus, in quibus saepe non parum vanitatis est. De signis hujus generis apud Graecos Romanosque usitatos. vide *Polydor. Verg. lib. 6.c.9. & 10.* Et si quis scire, velit ritus Sinenfium, adeat *Trigautium de expedit.* apud Sinas *lib. 1. c. 7. 5.* Etiam videndum ne signis hujus generis utentes, fide agamus. Fieri enim potest ut qui propinquum amittere, etiam si minime triftentur, fide gaudeant ob luculentam hereditatem, aut etiam alias ob causas, operose tamen signa luctus cumulent, ut alii tristari videantur. 6. Ne usu talium signorum animi impatientiam prodamus. 7. Curandum est ut tum luctu ipso quem ob mortem propinqui concepimus, tum signis luctus, utamur ad majorem nostri humiliationem coram Deo, meditationemque vanitatis rerum hujus mundi, ut ad altiora aspiremus, & quaeramus ea quae in caelis sunt.

Restat ut de oppositis Sepulturæ dicamus.

Quaeritur ergo hic 1. *Quid Statuendum sit de more gentium quarundam, quae sepulturam mortuorum plane neglexisse prohibentur ? Resp.* Refert Calius Rhodiginus *Lect. Antiq. lib. 17.C. 19.* Lotophagos cadavera suorum capedunculis & loculis projectis in mare projecisse, parum referre aleveranli

tes,

tes, humone an aqua, an igni cadavera diffolventur. Albanos mortuorum curam gerere nefas esse arbitratos. Sabæos corpora defunctorum æque ac fercus duxisse. Quin etiam Reges in sterquilinia rejecisse. Troglodytas mortui cervicem pedibus alligasse, & raptim cum risu & jocis extulisse, nullaque loci cura habita terræ mandasse, atque capiti cornu caprinum affixisse. Schytis non tamen omnibus in more positum fuisse, ut honoris causâ mortuos vorarent. Fuisse in Hyrcaniâ qui canes nutrent, quibus vita functos vorandos objicerent, qui proinde sepulchrales dicerentur. Polydorus Virgil. lib. 3. c. 10. de invent. rerum ait Perfarum corpora non fuisse sepulta, antequam ab alite aut cane traherentur. Tibarenos quos dilexissent senes suspendisse ex patibulo. Taxilos vulturibus non secus mortuos quam Caspias eisdem cæteris bestiis objicisse. Parthorum sepulturam, aut avium, aut canum laniatum fuisse. Anthropophagi hostes captos occidunt, occisos in frustra secant & comedunt. Vide Joan. Leriium Hist. Americ. c. 15. Prætereo quod supra allatum fuit de more Hyperboreorum. Non inquiri utrum, quæ hactenus recitata sunt, omnia vera sint, sed ut ad quæstionem propositam respondeam. Dico 1. Inhumanum esse cadavera suorum, aut in sterquilinum abjicere, aut feris & avibus lanianda objicere, eorumve nulla cura duci. Patet veritas hujus assertionis ex iis quæ parte 1. thes. 2. dicta sunt. 2. Inhumanum esse cadavera suorum ubi ea sepeliendi datur facultas, insepulta relinquere, aut in mare præcipitare. Patet id ex parte primâ, & thesi eadem. Dixi ubi sepeliendi facultas est. Nam ubi illa facultas deest, ut cum sepulturam vis hostium impediri, aut longinqua navigatio, & nimia à terra distantia prohibet alia res. Nam finon teneor vivos periclitantes salvare, ubi non possum, multo minus teneor, mortuos, ubi id nequeo, sepelire. Deinde ita mortuorum sepultura curanda est, ne vivis eorum asservatione eorum perniciet. cibus creetur, quod facile fieret, si in navigatione longinqua, ii quos mori contingit, in navi asservarentur, putredine videlicet cadaverum vivos inficiente. Unde damnandum non est quod magistri navium, in navigationibus longinquis, ubi procul à terra sunt, cadavera eorum qui moriuntur, Stora involuta, appenso pondere in mare demittunt. 3. Sensu humanitatis destitutos esse, quibus perinde est, sive post mortem sepeliantur five non sepeliantur. Vide parr. & Thesin eandem. 4. Nefas esse hostium devictorum carnibus vesci, atque ex iis convivium more Antropophagorum infruere. 1. Quia omnes gentes, in quibus aliquid humanitatis est, ab esu carnis humanæ ut referunt plena abhorrent. 2. Quia multa sunt anima. lia. quamvis carnivora, quæ à cadaveribus animalium sue speciei abstinent. 3. Quia si femel id obtinuerit, ægre continebuntur obsessi, & lon

gå

gå fame pressi, à mactatione suorum, ut eorum carnibus vescantur, & famem sedent. Quoniam etiam ubi mos hostium carnes vorandi non obtineret, quandoque inventi fuere qui liberos occiderent atque eorum carnibus vescerentur. Vide 2 Reg. 6.28. Joseph. de bello lib. 7. c. 8. 4. Hinc forte factum, ut magistratus Sancerranus ut videre est apud Thuanum Hist. lib. 55. tempore obsidionis asperrimæ quæ contigit anno præcedentis sæculi 73. parentes qui filiolum triennem jam mortuum & elatum refoderant, & comederant ultimo supplicio affecerint. Probabile enim est, cum veritum

esse, ne si id impunitum relinqueretur, etiam vivi occiderentur, & ad cibum quærentur, prætextu addito, quod nimirum fame vel morbo mortui essent. Vide de motibus qui quandoque exfurgunt in iis qui extremâ fame laborant *Joannem* Lerium Hist. Americ. c. 22. p. 369. 370. 4. Quia Scholaftici extra casum graviffimæ necessitatis carne humana vesci illicitum esse contendunt; quidam etiam ut *Victoria* (quem citat in hanc sententiam *Leffius* de *Justitia & Jure* lib. 4. c. 3. dubit. 2.) & *Azorius* inftit. moral. Tom. 1. lib. 7. c. 12. quest. 4. id nullo casulicium esse volunt, alii tamen licitum esse volunt, aliis tamen reclamantibus, qui videri possunt apud *Lessium* loco jam indicato, ubi etiam nonnihil de *mumia* dicitur. 5. Gentes paulo humaniores hostes publicos fepeliendos duxere. Vide hac de re *Grotium* de *Jure Belli ac Pacis* lib. 2. c. 16. §. 3.

II. Quæritur. Quid statuendum fit de combustione cadaverum humanorum? Refp. *Jabeschitæ* (uti parte 1. *Thesi*. 2. memoravimus) cadavera *Saulis* filiorumque ejus cremaverunt. Crematio cadaverum, ut ibidem dictum, etiam Romanis in ufu fuit. Græci quoque etiam corpora mortuorum combussisse leguntur. Testaturid *Lucianus* Dialogo de luctu ubi ait, ὁ μὲν Ἑλλήν ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἔτειψεν, ὁ δὲ Ἰνδοῦ υἰὸς πεχρίει, ὁ δὲ Σκύτης καθέπει, ἀριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιο. Idem fecere Galli teste *Cafare* lib. 6. & Germani uti docet *Tacitus* lib. de moribus Germanorum. *Sarmatas* etiam quandoque cadavera fuorum cremasse refert *Alex. Guagvinus* *Rerum Polonicarum* Tom. 2. p. 19. edit. 1584. Apud Mexicanos mos ille quoque infolitus non erat, *Joseph. de Acosta* *Hift. Natur. & Moral.* lib. 5. c. 8. Crematio etiam apud *Bramines* sive *Brachmannes* obtinet, uti refert *Abrahamus Rogerius* cap. 19. *tractatus*, quem de iis scripsit. Cæterum non comburenda sed sepelienda mortuorum cadavera faltem ordinarie hisce rationibus probatur. 1. Quia *Patriarchas* cadavera suorum non cremasse, sed sepelivisse legimus. 2. Quia in populo *Ifraelitico* more majorum obtinuit uti haberi potest ex parte 1. *Theff.* 2. 3. Quia etiam *Apoftolica* *Ecclesia* morem sepeliendi mortuos servavit. Vide *Act.* 5. v. 6. 9. 10. & 8. v. 2. 4. Quia idem ille mos inter *Christianos* adhuc perfeverat, imo etiam in

li 2

ter

ter multas Gentes quæ à *Chrifto* alienæ funt. s. Quia *Deus* sepelivisse non cremasse corpus *Mosis* legitur, *Deut.* 34. *verf.* 6. 6. Quia Crematio orta videri potest ex petulantia hostium in corpora defunctorum. Cum enim cernerent fi quibus cum aliis bellum esset, hostes omne genus contumeliarum exercere in cadavera suorum, ne amplius id fieret, cremanda esse duxerunt. Vide *Plin. Hist. Nat.* lib. 7. c. 54. 7. Quia humanitati convenientiffimum est, ne ipsi quos dileximus conficiamus, fed per se in sua principia refolvi sinamus. 8. Quia *Josia* ossa *Prophetæ* qui de ipso vaticinatus erat, attingi noluit, cum cremaret ossa sacerdotum *Idololatricorum*, 2. *Reg.* 23. v. 19. 27. 11. Diximus quidem *Jabescitas* corpora *Saulis* filiorumque ejus cremasse, & ossa eorum fepelivisse. 1. *Sam.* 31. 12. 13. Legimusque eos à *Davide* laudatos fuisse, 2. *Sam.* 2. 5.

Verum 1. ordinarium non erat inter Ifraelitas ut mortui cremarentur. 2. Quare id ab iis factum videri poffit, aperuimus parte 1. thes. 2. 3. Non dicitur quod David eos laudarit, eo quod cadavera Saulis & filiorum *ejus* cremaflent, fed quod Saulem fepelivissent. Prætereo quod nonnulli non corpora ipsa Saulis filiorumque *ejus*, fed aromata circa corpora cremalle non improbable effe judicant. Deinde scio, etiam nonnullos alios textus ex facris literis adferri posse, ex quibus forte quis colligat, etiam honoris ergo corpora regum, quorundam Judaicorum cremata fuifle: verum textus ii fi bene perpendantur, non dicunt unde id colligatur. Primus horum exstat 2. Chron. 16. 14. ubi de Ala dicitur; Quem fepeliverunt in fepulchris *ejus*, que foderat fibi in civitate Davidis, deponentes, eum in cubile quod impleverat aromaticis speciebus paratis unguentario opere, & combußerunt ei ustionem perquam maximam. Atqui hic non dicitur crematum fuifle, Afam ipsum, verum in honorem ipsius multa aromata fuiffe fuccensa. *Alter* habetur 2. Chron. 21. v. 19. Ubi de Joram dicitur quod populus ei non fecerit uftionem fimilem ustioni majorum fuorum, fed neque hic locus dicit majores Joram crematos fuiffe, ipsique id quia se male gefferat negatum fuifle, fed tantum populum non fuccendisse aromata circa ipfum, *prout* circa majores ipfius fecerant. Tertius exstat Jer. 34. v. 5. verum nec is aliter quam præcedentes eft intelligendus, uti ex constructione כן ישרפו לך patere poteft. Vide Chaldæum paraphraften, nec non Salomonem jarchi, *Davidem Kimchi* & præter hos versionem Gallicanam, *Anglicanam*, & Belgicam. Vulgata tamen hic habet *fic comburent* te, verum fatetur Cornelius à *Lapide* alios, nimirum *Hugonem*, Lyranum, Vatablum, à *Castro* melius ex Hebræo vertere, comburent tibi. Vulgatam fequitur Pagninus & Ti. *gurini*, fed viri magni etiam falli poffunt, quomodo etiam falli credo eos qui existimarunt non quidem combufta, fed tamen ustulata fuisse corpora Regum

Regum Judaicorum; ut diutius ætatem ferrent, De odoribus circa mortuos non tantum apud Judæos in funeribus regum, fed etiam apud alias gentes adhiberi solitis nihil addo; qui volet adeat *Joan. Andr. Quenstedt*, de Sepultura veterum *disput.* 4. Nec non Cornel. à *Lapide* Comment. in Jerem. c. 34. v. 5. Dixi initio determinationis hujus quæftionis corpora, defunctorum non comburenda sed sepelienda esse, *faltem* ordinario. Nam certum eft, fas esse magiftratui, propter horrenda facinora, facinorosos exurere, nimirum ut alii à similibus fccleribus absterreantur. Vide *Levit.* 20. v. 14. *Job.* 7. v. 25. Deinde non ausim damnare Jabeschitas qui quum corpora Saulis natorumque *ejus* eripuissent ludibrio Philistæorum ea com. bufferunt, nimirum ne uti probabile est, rufus Philistæi iis illuderent, aut forsan ignominiosius quam antea tractarent. Notum enim est quantum fibi nonnunquam in mortuos, (ne de vivis nunc loquar,) permittant ferini homines. Refert Thuanus hift. lib. 52. inter alia plus quam barbaræ crudelitatis exempla à Pontificiis in Laniena Parifiensi edita, Cadaver Cafparis Colinii nefarie interfecti miris modis injuriose fœdatum in stabulum proximum abjectum fuisse, & postremo capite amputato, (quod Romam usque perlatum fuisse dicit) pudendis item & manibus ac pedibus truncatis per vicus ad Sequanam tractum effe: & eum in eo effet ut in pro. fluentem à pueris mergeretur, inde retractum ad furcas Monfalconias cruribus in altum fublatis & propendente corpore ferreis catenis suspensum, & igne subjecto uftulatum fuisse ut per omnia elementa veluti torqueretur.

III. Quest. Quid Statuendum fit de curâ & cultu reliquiarum? Refp. Pontificii nomine reliquiarum, ubi de Sanctis agunt, intelligunt corpora fanctorum, quaslibetque eorum particulas, capillos, offa, canes, dentes, cine, res, pulveres, vestes, & alia quibus ipfi ufi fuerunt dum in terris viverent, item vela, pannos, & cætera quæ ad eorum offa, aut corpora admoventur, vel quæ ipsos tetigerunt, vel quæ ad ipíos pertinent. Vide Azor. *Institut. Moral.* Tom. 1. lib. 9. c. 8. Bellarminum de Ecclesia Triumphante lib. 3. de cultu Sanctorum, nomine reliquiarum etiam intelligenda dicit loca ubi sancti pafli funt. 2. Diligenter Pontificii reliquias Sanctorum five verorum five putativorum perquirunt, sepulchris suis ossa talium eruunt, capfis includunt, & circumferunt, aërique & foli fæpenumero exponunt, clericisque ea atrectare permittunt. 3. Statuunt reliquias Sanctorum effe colendas & adorandas, verum in modo cultus non conveniunt, uti fatetur Medina in 3. p. Thomæ quæst. 2 5. arr. 6. ubi ait; *Ex dictis confat, quomodo* (it certum de fide Sanctorum reliquias effe adorandas, de modo autem adorandi non eft adco certa & infallibilis fidei definitio. Vasquez Tom. 1. ad 3. p. Thoma *Difp.* 113. tribuit

li 3

Bona.

Bonaventuræ & aliis quibusdam quod statuunt figuram crucis Christi, non effe adorandam quoad materiam, fed ea folum ratione quia figura & imago est Christi crucifixi, crucis vero ex qua Christus pependit, etiam materiam secundum se ab exemplari divisam, quatenus fuit instrumentum nostræ redemptionis venerandam esse: ita ut sub illius cultu & veneratione Christus iple non comprehendatur. Unde colligit eos eadem proportione de Sanctorum reliquiis loqui debere. Medina loco paulo ante citato statuit, quod idem profus cultus fit tribuendis reliquiis sanctorum qui ipfis sanctis impenditur. Vasquez reliquias secundum se adorandas non esse ait, sed solum conjunctas cogitatione cum eo cujus sunt reliquiæ, eum in ipsis apprehendendo ; quomodo quoque imagines, sine suo exemplari nullo modo licitum venerari ait Difp. paulo ante indicata, *Filiucius* Tom. 2. Tract. 23. c. 1. quæst. 8. Reliquias Christi, ut sudarium, fasces, spinas, clavos, &c. adorandas dicit eodem modo quo Christus adorari debet, id est, latria, quamvis non per se sed per aliud. Quatenus scilicet habent quandam habitudinem contactus ad Christum, ut propter hoc cogitemus, quodammodo, Christum esse in ipsis. Idem statuendum pronunciat de ligno crucis ex quo Christus pependit. De cruce vero quæ in similitudinem crucis ex qua Christus pependit *facta* est, statuit quod etiam debeat adorari cultu latriæ per aliud, nimirum quatenus est imago Christi in cruce expansi, non autem quatenus est imago crucis, in qua Christus mortuus est. Et huc affert *Thomam* p. 3. quest. 25. *art.* 4. Reliquias vero Sanctorum adorandas effe, non eodem cultu quo sancti adorari debeant, id est, duliæ sed per habitudinem ad illos, id est non per se, sed ratione illorum. Ex hisce habemus esse inter Pontificios qui statuunt, aut faltem si sibi congruenter loqui velint, statuere debent, reliquias Sanctorum secundum se esse adorandas: Alios vero velle esse quidem adorandas, & quidem eo eodem cultu quo ipsi sancti ab ipsis adorandi statuuntur,

verum propter aliud, id est propter habitudinem ad illos five cultu relato. 4. Credunt Pontificii reliquias eorum qui Sanctorum catalogo adscripti non sunt, *fine* auctoritate Romani Pontificis publice colere nefas esse; posse tamen coli privatim aliquid illorum tanquam reliquias. Vide *Azor*. In tit. Moral. Tom. 1. lib.9.c.8. quest.8. 5. Accusant Calvinistas quos vocant, ubicunque *profunt* reliquias Sanctorum exurere & cineres in flumina projicere, *atque id fecisse* anno 1562. circa corpora Sanctorum Irenæi, Hilarii & Martini. Vide Bellarm. de Ecclef. Triumphante lib. 2. c. 1. Hisce præmissis dico: 1. Corpora ossave defunctorum, adeoque nec sanctorum temere sepulchris *suis* eruenda non esse, multo minus, in partes dividenda, circumferenda, atque per varias mundi plagas dissipanda esse, sed curandum ut in sepulchris suis quiescant. Quod probatur 1. Quia legimus quidem sanctos corpora suo

rum

rum sepelivisse, minime autem sepulchris suis eruisse, aut aëri solive expofuisse, in partes divisisse, & quaquaversum. diftribuiffe, ut hic caput, alibi brachium, alibi pes, alibi crus, aut pars aliqua alia esset. 2. Legimus Josiam severe mandasse 2 *Reg.* 23. v.18. Ne quis os la viri Dei qui de ipso vaticinatus fuerat, commoveret. 3. Quia Deus hostibus suis comminatur, quod post mortem sepulchris suis eruendi & fovee lunæque & toti exercitui cœlorum expandendi essent. *Jef.* 14. v.19. *Jer.* 8.v.1. 4. Antonius, ut videre esset in vita ejus, quæ attribuitur Athanasio, Egyptios reprehendit quod corpora pie defunctorum præcipue vero sanctorum, funerarent quidem linteisque involverent, terræ vero non mandarent, sed lectulis impofita intra privatos parietes retinerent, idque mortuis honori esse ducerent. Nimirum quia Patriarcharum & Prophetarum corpora in eum usque diem sepulchris fervarentur, & Christi corpus in monumento impofitum esset saxo advoluto quo tegetetur, donec tertio die refurget, nec dari possit quod majus tantiusque esset corpore Domini. Dixi corpora ossave defunctorum adeoque nec sanctorum, *temere* sepulchris suis eruenda non esse. Neque immerito. Nam facile concedemus fas esse ut magistratus corpora facinororum, jam sepulchrorum, ad terrorem aliorum, sepulchris eruat, sicuti fecisse legimus Josiam 2 *Reg.* 23.v. 16. 2. Fas esse ut piorum corpora quæ tempore persecutionis locis facinororum sepulturæ deputatis sepulta, vel in sterquilinum abjecta fuerunt, in honestiorem locum transferantur, ibique sepeliantur. Nobile talis translationis exemplum habet *Thuanus* Hist. lib. 17. ubi refert regnante Maria, cadaver uxoris Perri Martyris, quod ante quadriennium sepultum fuerat, eo quod mariti doctrinam amplexa esset, damnatum atque bajuli humeris impofitum in sterquilinum dejectum fuisset; sed rerum potente Elifabeta ossa ejus semesa stabulo eruta, fronsundæque offibus permixta, terræ mandata esse. Ratio est, quia æquum est, ut deleatur ignominia nota, quæ ab hostibus veritatis, piis, eorumve cadaveribus, & quidem in vituperium veritatis inusta fuit. 3. Fas esse, ut quis quem viventem dilexit, nec quo vellet loco defunctum sepelire potuit, postea occasione data, modo absit superstitio, & cura sepulturæ ad eum pertineat, postea ad locum designatum transferat, præfertim si id defunctus cum viveret petierit.

Sic legimus *Exod.* 13.1.19. Mosen cum Ifraelitis ex Ægypto abeuntem accepisse cum ossa Josephi, (petiverat enim Josephus ut ita fieret cum adhuc viveret) atque ea Ifraelitas *Jo.* 24. v. 32. Si hec mei in possessione filiorum Josephi sepelivisse. Dico 2 quamvis nefas non fit affervare (ubi abest periculum Idololatriæ) res quæ aliquando ad sanctos pertinere, corpora, nefas tamen esse, offerre sanctorum aut quippiam eorum quæ reliquiarum nomine intelligunt Pontificii, religiose adorare, five id fiat, cultu absoluto sive

re

relato: Quod breviter sic ostendo. 1. Quia adorandas esse reliquias sanctorum, nec Deus mandavit, nec sibi placere ut id fiat, usque in sacris literis ostendit. 2. Deus ita sepelivit corpus Mosis *Deut.* 34. ut locum sepulturæ ignotum esse voluerit, nimirum nec corpus ejus aut ossa adorarentur. 3. Damnavit Deus omnem ἑθελοθησκείαν, *Col.* 2. 4. Ipsi sancti religioso cultu adorandi non sunt. Vide *Deut.* 6. 13. & 10. 22. *Jef.* 42. 8. & 48. 11. *Matth.* 4. v. 10. *Apoc.* 19. v. 10. & 22. v. 8. 9. 5. Quia pleræque reliquiarum sanctorum quas Pontificii tantopere jactant, supposititiæ sunt. Vide librum Calvinii de reliquiis perquirendis; Hospinianum de templis lib. 2. c. 7.; nec non Marixi tabulas differentiarum parte 5. Hospinianum de templis lib. 2. 6. 7. *Difput. Rev. Collega mei Joh. Hoornbeeck de Reliquiis, & Johan. Gerardi tractatum de Morte* p. 103. huc enim facit misera illa jactatio *Baronii* agentis de numero clavorum quibus Christus crucifixus fuit, ad annum Christi 326. §. 54. nec non ingenua *confessio* Casandri qua exstat *Confutat.* §. de veritate reliquiarum. Non examinabo ea quæ Pontificii pro cultu reliquiarum afferunt, quia id prolixum foret, & à multis factum fuit. Videri inter alios possunt *Cham.* *Panfrat.* Tom. 2. lib. 20. c. 8. 9. *Riveti* *Cathol. Orthodoxi tract.* 2. quest. 54. *Ames.* *Bellarmin.* *Enervat.* Tom. 2. lib. 5. c. 4. *Joh. Gerardi tract. de Morte* §. 95. & sequens. Dixi reliquias sanctorum non esse cultu religioso adorandas, quæret ergo aliquis. *Utrum* cultu civili adoranda sint? *Resp.* Neque id dico. Sanctorum qui vere tales fuerunt virtutes prædicandæ sunt, & imitandæ, cadavera eorum offerre, adorationis non sunt capacia, ut nec pili, ungues, vestes, laciniæ, libri, aut alia his sæpe viliora. Dico tertio calumniam, esse, quod Calvinistæ (quos vocant Pontificii) ubicunque possunt reliquias sanctorum exurant, & in flumen projiciant, & mendacium quod corpora sanctorum Ireñi, Hilarii & Martini exufferint, & in flumen projecerint. Vide hac de re *Joan. Rainoldum* lib. 1. de Idololatria Romana c. 9. ubi mendacium illud refutat, Objiciunt nobis belli homines crude tatem in reliquias sanctorum, cum ipsi in sanctorum vivos, tum mortuos sint crudelissimi. Pœnas hæreticis (quales ipse omnes vere fideles pique sunt) statueret, quatuordecim, uti videre est apud *Sylvestrum Priorem* in *Jumma S. de hæresi & Hereticis* num. 11. & sequens. Et *Azorium* *Instit.* *Moral.* tom. 1. lib. 8. c. 10. & sequens. Quarta depositio ab omni dignitate, sive sint laici five clerici, five Papa, vel Imperator. Decima quod non possunt hæredes institui. Undecima quod eorum Vasalli abfoluti sunt à debito fidelitatis; & totius obsequii: Et quicumque alii aliqua obligatione obstricti ut famuli, liberti. Duodecima, quod morte

plectendi fuit. Azorius Inftit. Moral. tom. 1. lib. 8. c. 13. ait fupplicium illud alibi gladio, alibi fub

merfione

merfione, alibi ut in Italia, Hifpania combuftione inferri, Galliam, Italiae & Hifpaniae addit: sed ignes ibi exftincti funt, quibus olim fideles exurebantur, faxit Deus ne unquam revivifcant. Decima tertia, privatio facramentorum & Ecclefiasticæ feputuræ. Decima quarta, quod nec tabelliones ipsis poffint infervire, inftrumenta pro ipsis faciendo; nec ullus advocatus poffit ipsis præftare patrocinium. Adhæc horribiles adverfus eos qui doctrinam falutarem profiterentur perfecutiones paffim fufcitavere, nec una peste eos delere conati funt: notius hoc eft quam ut probari debeat. Denique ne quidem mortuos in monumentis fuis quiefcere paffi funt. Supra auditum quid Cafpari Colignio viro maximo, quid Martyris uxori post mortem acciderit. Nunc addam non mei fed *Thuani* verbis quid *Bucero, Fagioque* viris præftantiffimis in Anglia, in quam vocati venerant, poft mortem evenerit. Inquit ergo Thuanus hift. lib. 17. Moxque de exhumatione Buceri & Fagii cadaverum agitur: ac quoniam uterque dum viveret, non folum perniciofam & erroneam *doctrinam* (nimirum iudicio hoftium veritatis) fparfiffent, fed *familiam* inter feftarios ambo duxiffent, nec folum ipsi ab Ecclefia catholica aberraffent, fed & aliis exemplum ab ea deficiendi *dediffent*, decretum, ut demortuorum cadavera quam primum exhumarentur: effe enim contra facra decreta, ac difcipinam, ut eorum qui tales funt corpora ecclefiastica cenfura tradantur, & pertinere ad manifeftam divini numinis contumeliam Sacrarumque legum violationem: idque cum nonnullo animarum periculo & fidelium offenfione conjunctum effe, ut ii, qui legibus moribusque ab aliis effent Sejuncti, communem cum cateris feputura religionem participarent: expiandum igitur locum, nihilque relinquendum, quo etiam elementis ipsis injuria fieret, & concedendum hoc *quidquid effet*, infirmorum confcientiis. Citati mortui primo atque altero edicto, productique contra illos femel atque iterum tetes. Cum nemo compareret, qui eorum defenfionem fufcipere *auderet*, tandem tanquam contumaces damnati funt, dieque dicta, coram Academia ordinibus, poftquam Ceftrienfis oratione habita iudicii feveritatem excusavit, neque juftum effe dixit permittere, ut infirmiorum animi ob inexpiatum nefas diutius torqueantur, fententia pronunciat, & mortuorum cadavera effodi, ac magiftratui regio, quandoquidem fanguinis pænam facerdotibus non licet, tradi jubentur. Aliquot dierum fpatium interceffit, dum Londinum miffa fententia, à magiftratu regio mandatum veniret, quo pæna infligebatur. *Interea Pernus* in Bucerum, quem familiariter cognoverat, maxime virulentam orationem habuit: illiusque exemplo plerique ex juventute per lafciviam in demortui contumeliam multa carminibus luserunt. Tandem VIII. Eid. Febr. cadavera effodiuntur, & parata ad id in foro area palus magni ponderis in terram defigitur, oni corpora quafi vivorum alligantur, comportata magna ligni, ftræ, qua

exurerentur. Tum tabulata eriguntur inclufis cadaveribus, & utraque ex par te fudes defixa circumdata catena ferrea : injectique libri protestantium undique conquifiti magno numero, qui flamma diffundente se una concremati funt.

IV. Quæritur. *Quid ftatuendum fit de oßariu five ofsuariis, id eft ædiculis in quibus oßa feptulorum, è feptulchris eruta omniumque oculis expofita affervantur? Refp.* Offaria hæc tollenda cenfeo. 1. Quia jam antea probavimus cadavera mortuorum efse fepelienda. 2. Quia etiam probavimus oßa eorum feptulchris eruenda non efle. 3 Quia videntur oßaria eo fine inventa efse, ut populus afpectu offium iis contentorum magis excitaretur, ad *preces*, fundendas & emendas missas, pro iis, quos amifisset, ut eo citius ex purgatorio liberarentur. 4. Cum oßa quæ in oßaria conjiciuntur, fere fint tenuioris fortis hominum, qui feptulchraavita non habuere, facile pauperibus dum id vident, dolor & triftitia oboritur, quod non tantum dum hic vivunt, verum etiam post mortem durior fit ipforum conditio *quam* divitum. Objicitur hic expediri oßaria, ut oßa iis contenta videntes recordemur nos efse mortales, adeoque nobis à superbia, avaritia cæterifque vitiis caveamus. *Refp.* r. Si verbum Dei, si morbi, funeraque *quæ* fæpius oculis obverfantur, nos fapere non doceant, neque ad meliorem mentem confpectus oßium humanorum nos adducet. Non decet ut ob commodum incertum inhumanitatem in alios exerreamus, quam erga nos exerceri nolimus : pauci enim funt, qui non malint oßa fua in feptulchris relinqui, *quam* exhumari & in offaria inferri. Vide hac de re *Hospinianum* de Templis lib. 3. c. 3. Zepperum Politia *Ecclefiaftica* lib. 1.c. 15. Rev. Collegam meum Voetium. Append. 2. ad Difp. de Templis parte altera que est de Cœmiteriis *Thef.*6. Probl. X. Alia quæ de Sepultura dici poffent nunc prætereo, quantum vero ad illa, quæ jam dicta funt, rogo lectorem, ne quæ ego dextera manu obtuli, ipse sinistra accipiat. Non omnia funt, fateor, ejufdem momenti; *quædam* funt graviora, *quædam* leviora. Omnia tamen talia, ut non immerito, quid de iis fentiendum fit, inquire poffit.

Spicilegium ad precedentes difputationes de Sepultura.

Q

Uæftio præambula est, *An Sepultura* Mortuorum propriè fit agendum facrum ecclefiafticum Chriftianum : an vero commune humanum, culare, economicum (cil. & politicum? *Refp.* Diftinguendum eft. 1. concla



Primo & propriè est economicum: quisque enim fuos mortuos fepelire tenetur. Patrifamilias tanquam capiti, curam hanc incumbere, docent exem

pla

pla Abrahami Genej. 23. & Jacobi Genef. 35. Patrum vero Sepulturam, liberis aut aliis quibuscunque hæredibus incumbere, docent exempla Ifaaci & Ifmaelis *Genes.* 25. Jacobi & Esau *Genef.* 35. Notum est jure communi antiquo ac novo hoc obtinere. 2. *concl.* Suprema & directiva potestas circa sepulturam, est penes Magistratum: qui prospicit, ut ab iis, ad quos hoc pertinet, curetur, & quidem honestè ac legitimè. Illorum enim est civium Sanitatem curare, ne mortui fœtore & terrore viventibus incommodent. Hinc est, quod Scriptores politici, tanquam de ea fuæ prudentiæ & disciplinæ parte, de Sepultura tractare solent. Etiam quibusdam casibus Magistratus ipse de publico Sepulturam curat. Sunt autem illi casus, 1. Cum peregrinus & ignotus plane, in terris ipsorum moritur. 2. cum quis ex civibus aut subditis moritur sine ullis hæredibus, cognatis, agnatis, pro. pinquis, amicis; qui hoc agant. 3. cum ob duram paupertatem cognatus aut propinquus, si quis supersit, hoc præstare nequit. 4. cum Sepultura alicujus, honoris causa, ob defuncti præcedentem dignitatem, aut ipsius aut prædecessorum merita, publico Principum & Magistratum jussu & sumptu curatur. Maximè probabile est 2 *Sam.* 3. Abnerum à Davide hæc ratione Sepultum. Alexander Darius Codomannus regio apparatu sepeliri jussit. Apud Athenienses publicæ sepultura honorabantur, qui pro patriâ pugnando occubuerant. Modus istius sepulture describitur à Thucydide. 5. Cum quis ob quamcunque bonam causam aut speciatim ob causam Christi post . mortem five infepultus, five exhumatus infami ligno, aut palo affixus aut inter cadavera asinorum, boum, equorum ad sterquiliniam projectus, aut sub patibulo defossus fuit. Exemplum illustre est Jabesitarum 1 *Sam.* 31. & historiæ ac quotidiana experientia plura suppeditant. Unum hic solummodo exemplum notabo, de uxore Petri Martyris cujus cadaver temporibus Marianis à Papistis jussu Cardinalis Poli exhumatum & in sterquilinum conjectum, postea regnante Elizabethâ publico jussu ab Oxoniensibus rursum è fimo & stercore erutum veteri honorificentissimo loco & sepulcro restitutum fuit; & ossa ejus cum ossibus S. Eridesvidæ ibidem sepultæ & ab Anglo- Papistis religiosè olim cultæ, permixta fuerunt : ne aliquando Papiste similem ignominiosam exhumationem tentare possent. Vide hanc historiam in vitâ Martyris una cum locis ipsius editâ, & rursum à Melchiore *Adamo* in vitis theologorum. 3. *concl.* Ecclesia & Ecclesiastici antiquitus sub dominio infidelium constituti fidelium defunctorum præsertim martyrum funebrem curam in se susceperunt: uti infra *lib.* 4. *tit. de Cœmeteriis* notabimus. Præiverat illis exemplum Ecclesiæ Hierosolymitanæ *Actor.* 8. v. 2. Rationes hujus facti sui istas habuisse arbitramur: quod Magistratus ignominiosè corpora tractarent, aut tractari permetterent (vide Marty

Kk 2

Martyrologia); & quod cognati aut proximi à fide alieni eos sepelire noluissent, præsertim martyres infami morte peremptos: aut si aliqui eorum hoc non detrectassent; ab Ecclesia tamen iis hoc tuto committi non poterat: ne Ethnicis superstitionibus funerationi admixtis, nomen & memoria fantorum fœdari videretur. Hanc rationem tacitè innui putamus à Minutio in Octavio, cum ait. Veterem & meliorem consuetudinem humani frequentamus. Quales autem superstitiones à Gentilibus

adhibere fuerint ex antiquitatum scriptoribus, aut potius peculiaribus tractatibus Kirchmanni, Gutberii, *Meurfii* compendio disci potest. Accedit hæc ratio: ne Christiani ab istis humanitatis officiis, alieni, aut à Gentilibus fuperari viderentur. *Ulri.* mumillud & maximum pietatis officium est, peregrinorum & pauperum *Sepultura*: uti de Christianis loquitur Lactantius lib. 6. Ad quem locum differtantem lege Hieronymum Magium Anglarensem lib. 3. miscellan. cap. 19. An autem in sepulturâ lapsu temporis excesserint antiqui, & externa specie ad Gentilium inveteratam consuetudinem propius accesserint, *hic non* difquiremus: remissis lectoribus ad controversias de templis, *de reliquiis*, de suffragiis pro mortuis, de cultu Sanctorum.

Pontificii sepulturam Christianorum etiam in Politicis fidem amplexis, fole Ecclesiæ fuæ in solidum vindicant, tanquam factum & agendum ecclesiæ. sticum. Hinc in ipforum agendario (dicto, *Rituale*, leu *Pastorale*) titulus, de *Exequiis* una cum proximè sequenti titulo de *Officio* defunctorum, & in Missali tit. *Misse pro defunctis*. Et in Jure Canonico tit. de Sepulturis, qui est 28. lib. 3. decretal. & 12. lib. 3. *Sexti.* & 24. lib. 2. Institut. Juris Canonici Lanceloti. Hinc titulus libri Jesuitæ Gretleri de *Funere* Christiano ; & Jesuitæ *Theodori Peltani* de Christianis Sepulturis, exequiis, anniversariis. Et certè si omnia ipforum mysteria & agenda sepulchralia perspicias, invenies horrendæ idololatriæ & vanarum superstitionum colluviem: haut aliter ac ex Gentilium opinionibus, cura, pragmatia circa defunctos bona pars idololatriæ ipforum pallulavit. De quo scriptores de Idololatriâ, ejusque origine. Ut jam non dicam per illam paleam dictam factam & Ecclesiasticam Clericis bonam partem frumenti, & culinarii nidoris generari. Re. formatæ Ecclesiæ complures statim ab initio hanc curam in se susceperunt, ob duas rationes: quarum *una*, ut doctrina, antecessione, & exemplo *fuo* homines ab inveteratis ritibus Gentilibus in funere adhiberi solitis abducerent nec quorumvis fidelium ex Papatu vix emergentium & πατροπαράδοτω consuetudini incoctorum particulari judicio & ordinationi totum hoc committerent; & sic ad primævam Ecclesiæ Apostolicæ hac in parte simplicitatem suos revocarent & affuefacerent. *Altera* ratio erat à necessitate: quia pleræque primæ Ecclesiarum reformatarum collectiones sub fupremis aut sub

subalternis Magistratibus à religione nostrâ perquam alienis fiebant; ubi fole Ecclesiæ Papali, ejusque Clero totum hoc committebatur : à quibus eorumque superstitionibus etiam hæc in parte secedere debebant. Non poterat ergo tali in casu communitas ecclesiastica, & antecessores ejus, quin funeralia curanda & ordinanda in se susciperent. De quo facto eorum ad imitationem apostolicæ & proximè succedentis Ecclesiæ, ferè judicandum est, ac de negotio & celebratione conjugiorum. Vide supra hujus libri tract. 1. cap. 1. Procul ergo habendæ omnes opiniones Ethnicæ & Pontificiæ formaliter religiosum ac factum sive sacramentum sive sacramentale funeribus & sepulturis, sepulcris, mortuorum cadaveribus, manibus & statui mortis tribuentes. De sacro, mystico, religioso in genere supra lib. 2. tract. 2. & in 3. part. Select. *dispp.* tit. de Benedictionibus & sacramentalibus, & infra lib. 4. tit. de Templis, *cemeterius*, &c. ex professo agimus. Et hinc est, quod Ecclesiæ Belgicæ ex clandestinis & privatis factæ publicæ, in liturgiis suis & statutis ecclesiasticis titulum *de Sepultura* planè

omiferint. Cur autem Ecclesię Belgicę peregrinantes in Anglia sub Eduardo VI. forme & rationi ecclesiastici ministerii à Joh. à Lasco confcriptę inseri voluerint (pag. 634.) titulum de *Ritu* sepeliendi mortuos, ex verbis ibid. facile colligitur: *In* mortuorum sepultura non adhibemus factum ullum theatricum : ullumve aut Ethnicum aut Papisticum factum : sed summam simplicitatem, cum publicę interim funeris honestate retinemus, ad ecclesię ædificationem. Erat etiam ratio ipfis peculiaris: quod cum istic peregrini essent, ac propterea arctiorem communionem inter se colerent, infuper extra externam ecclesię Anglicanę communionem & publicam liturgiam atque adeo extra rationem & consuetudinem sepeliendi, quę istic obtinebat, constitutę; non potuerint non simplicis sepeliendi formę illic locorum aliquam facere mentionem. Ecclesię Gallicę & alię quę in regiminis ac rituum implicitate iis propius conformantur, sepulturę non meminerunt. Statuta Ecclesiastica Genevensis a. 1561. ejus meminerunt : sed tantum ut superstitiones aliofque abusus evitarentur. In liturgia Anglicana sub Eduardo, Elizabetha & deinceps titulus de Sepultura locum habent usque ad annum 1648. quo dictę liturgię non observantia à Parliamentis Anglię & Scotię facta fuit: uti patet ex directorio publici cultus &c. tunc edito pag. 58. In Canonibus Ecclesiasticis Hungar. & Transylvanię a. 1649. editus c. 76. & 77. item de modo sepeliendi, quid statuitur, ad rescandas præcedentium sæculorum superstitiones. Prior liber disciplinaę Ecclesiarum Scotticarum pag. 65. de eodem agit ad omnium abusus expurgationem. Ecclesię fratrum unitatis in Bohemia, Moravia &c. eundem in antiquo ordine suo ecclesiastico a. 1633. primum latine edito describunt sepulturam, absque superstitioni

Kk3



Aktionibus suscipere & præscribere: quippe quę in medio Papatu tanquam oves inter lupos vivebant. In plerisque, si non omnibus, Germanicis ecclesiis cura & prefectura Sepulturę ad Ecclesiasticos, hoc est ad illos qui jura episcopalia post exclusos in terris Protestantium Papales episcopo - principes, (principes episcopos appellat Weberus in *Introduct. Episcopali tit. 1.*) hactenus possident & exercent. Carpovius lib. 2. jurisprudent. tit. 24. definit. 390. determinat jus sepulturę accendi juribus episcopalibus; quod spectet ad ecclesiam; & ab eadem illud impetrandum fit; & quod cura ecclesię spectet ad episcopum. Id probat ex ordinat. elector. Saxonici, & jure canonico. Addit tamen ibidem, motibus hodiernis in territoriis Protestantium spectare ad patronum & magistratum. Laurentius Ohm J. C. in tract. de Jure Episcopali §. 1. dicit omnia à se relatę regulari jure episcopis competere: (*alva* tamen *manente* inferioribus antistitibus, prælatibus & clericis, nec non laicis & secularibus principibus, comitibus, nobilibus, civitatibus, &c. exceptione, si quam ex consuetudine, prescriptione, *privilegio* & gratia, pactis, conventis, transactione & similibus fundamentis, in uno alterove hujus capituli membrahili (cujus exercitium five ipse per se immediatę five aliis idoneis, personis eorum mandato vel curęmediantibus, & in summę, ut dici solet, paribus ceteris sibi arrogant & ad se pertinere contendunt) opponere ac liquidę demonstrare possint.

Alioquin in Papatu ad folas ecclesias parochiales spectat jus sepulturæ, *Abbas* in cap. Clem. dudum num. 37. de *Sepult.* Et ecclesiæ parochiales cum omnibus agendis & juribus fuis, directè subsunt potestati episcopali. In ecclesiis orientalibus superior cura & directio sepulturæ, est penes ecclesiasticos: nec aliter fieri potest; quia supremi domini politici isti à Christianismo alienisunt; ecclesiis tamen & familiis Christianis hanc curam in solidum relinquunt.

Ad partis 1. thefin. 1.

Hebræis sepulcrum etiam dicitur *לואש* *theol*, quæ eadem vox significat statum mortis seu mortuorum. Gr. adus. Arab. almahad. De quarum vocum origine, significationibus synonymis disquirat Parkerus lib. 1. de descensu ad inferos. Ante eum Raynoldus de libr. Apocryphis, prælect. 81. 82.83. Post eum Jacobus Windet in tract. de Vita Defunctorum Statu.

Ad th. 3. quaest. 1.

De superstitiosis actionibus Papatus circa apparitiones *mortuorum*, feu spectrorum, egimus 1. part. (elect. *difpp.* tit. de Spectris. Quæcunque de statu defunctorum post hanc vitam in Papatu creduntur, & auxilia ac suffragia que viventes animabus laborantibus præstare fatagunt, nituntur *tum* ementis tum veris apparitionibus: quarum oracula & revelationes an sint divinæ an diabolicæ, certò à se sciri posse, ingenuè fatentur: uti nos ex dome.

sticis ipforum testibus probavimus in 2. part. felect. *Difpp.* tit. de Probationibus Spirituum. Memini primis mei ministerii annis contigisse, ut fæmina aliqua in illo vico non sine magnâ perturbatione & lamentis contenderet templum sibi aperiri, ut pugillum terræ à mariti tumultu desumptæ inde auferre posset, & ex suscepto voto (nescio cujus instinctu) religiosè ad aliquam religiosarum peregrinationum stationem manu suâ gestare, atque illic deponere posset, in laborantis animæ mariti sublevationem.

Ad th. 4. quest. 1.

Huc referri debent istæ questiones

1. *Ἀπ' ἀοόχειρες*. 2. An usurarii manifesti. 3. An excommunicati. 4. An infideles, aut haretici. 5. An vivi. 6. An totum cadaver: an vero per partes in diversis locis? *Resp.* ad 1. quod si in melancholico delirio, aut in gravissimæ tentationis paroxysmo sibi manus intulerint, & tamen antequam exspirarent, signa pænitentiae ediderint, puto *ἐπιείκειον* adhiberi posse, & tacitè in loco publico sepeliri. Sin ex conscientia scelerum, & ad pœnæ infamiam præveniendam, seipfos occiderint: negari non potest, quin politia ad detestationem sceleris & ad alios absterrendos, pro variantibus circumstantiis, sepulturam asini aut sepulturam in infami ligno, aut in rogo, talibus assignare queat. Confer *difp.* nostram de Homicidio sui ipsius. *Resp.* ad 2. Antehac regnante Papatu

omnis sepultura publica & honesta archifæneratoribus illis dictis Lombardis, ab Ecclesia denegata fuit: ita ut ne quidem per ostium cadaver efferri potuerit, sed tantum per parietem pertusum aut furtus limen. Nec potuerunt Principes & Magistratus illis publicam, honestam & Christianam (uti appellabant) sepulturam procurare: quamvis politicam exercendi fænoris tolerantiam invitâ & reclamante Ecclesia, ipsis prestarent. Quin insuper anno 1540. edicto Caroli V. ipsis prohibitum publicis sacris interesse. Nos, si præsentem rerum statum respicias, nec afligamus nec negamus illis publicam in loco publico Sepulturam: quia illi nec vivæ nec mortui partem habent in nostrâ Ecclesia, non magis quam hæretici, Pagani, Judæi, Muhammedistæ. Quibus omnibus si publicæ in loco publico (qui nunc ubique fere est cimiterium aut templum) sepulturæ honorem Magistratus concedat: nos non intercedimus, 1. quia nihil ad Ecclesiam; quæ Ecclesiam; quæ illos qui foris sunt, non iudicat 1. *Corinth.* 5. v. 12. 2. Et quia cœmeterium aut templum quatenus sepulturæ civium destinatum est, nobis non est factum; nec locus factus sanctitate inhærente seu interna aut externâ & relativa. De quo infra *lib. 4. tit. de Templis & cæmeteriis.* 3. quia communis civium & incolarum sepultura ad ecclesiam quæ talem per se non spectat, tanquam agendum factum & ecclesiasticum (uti paulo ante probatum est): sed ad hære

des

des particulariter, & ad Magistratus directivam potestatem publicam. *Reff.* ad 3. de excommunicatis similiter iudicandum cenfeo. Casuistæ Pontificii cum Jure Canonico, illis negant sepulturam in templo & cæmeterio. Immo & sub suspensione constituto, si moriatur impænitens. c. is, cui, de sententiâ excommunicationis. Ubi Vivianus in rationali Juris Canonici, hanc rationem assignat, quod in peccato mortali sine pænitentia mortuus fit. In Canonibus Ecclesiar. reformatar. *Hungaricar. a 16. lat. editis in 8.* invenio simile quid de excommunicatis: sed aliâ ex hypothefi, & alio fine. *Reff.* ad 4. De infidelibus aut hæreticis idem. Si quod discrimen inter illos & fideles, inter inhonestos & honestos inter cives & peregrinos, aut inquilinos, quod ad locum aut modum sepulturæ in bonum publicum videatur statuendum: id publicæ Magistratum potestati relinquendum est. De injustâ exhumatione Buceri, Fagii, & uxoris Petri Martyris in Anglia vide *vitam Buceri* unâ cum operibus Anglicanis, & *vitam Martyris* unâ cum *locis* commun. ipsius editam; & *Thuani* histor. lib. 17. Confer infra lib. 4. titulos de templis & cæmeteriis. *Reff.* ad 5. Sepultura vivorum, vel defossione in vacuam scrobem, vel inclusione in vacuo aliquo & spaciofiori sepulcro fieri potest: & quidem vel absque conjunctione vivi cum alio cadavere aut cadaveribus; vel cum conjunctione. Mezentii crudelitatem sic describit Virgilius: *Mortua* quin etiam jungebat *corpora vivis*. Crudelitatem Joh. Galeacii ducis Mediolanensis in eo describit quidam historicus, quod parochum pauperulæ viduæ sepulturam mariti negantem quod *juribus* parochialibus satisfacere non posset, comprehendi & vivum cum cadaveribus colligatum in terram defodi jusserit. Infelix specimen fuæ lenitatis & moderationis erga reformatæ religionis consortes in introitu regiminis sui edebat anno

1597. Archidux Albertus, nuper ex Cardinali factus Belgii Hispanici Princeps. De quo legi possunt Belgarum *historici*, & Martyrologium: & responsum Ill. Ordd. *Fæderati Belgii* ad literas archiducis, quibus ipsos ad pacem, & unionem sub naturali Principe (se scilicet) invitabat. Utrumque supplicium sane durum est, posterius tamen magis durum. *Resp.* ad 6. Totum cadaver sepeliendum & naturalis ratio & *probata* exempla fuadere videntur. Excipimus casus cum publici interest, ut *flagitioforum* capita, corpore defosso, contis affixa publicè prostuantur. Aut cum alia aliqua necessitas non finit totum cadaver in unum *sepulcrum* inferri. Huc refer quando funere medicato cadaver condiri & conditum absque corruptione & tetro fœtore servari nequit nisi inde exemptis & extra gloriosum sepulcrum intestinis, aliisque visceribus defossis. Quod societas Jesuitica Gallicana cor Henrici IV. tanquam peculiare cimelium in templo suo Fleschano custodiendum petierit & obtinuerit, id non *fine* fym

1

1

symbolico mysterio factum dicebant libelli aliqui illa tempestate (a. fcil. 1608.) editi. Inter quos *Anti-Cottonus* Gall. & Belg. cum subsecuto hyperaspiste.

Addatur quæstio, *An* cadavera, aut ossa de loco in locum transferenda, & alibi de novo honorificè sepelienda? *Resp.* In Papalibus hagiologiis, & in historiis ac praxi beatificationum ac canonizationum frequenter occurrit vocabulum *elevationis*: quæ denotant sanctorum sive confessorum five martyrum exhumationem, & in gloriosa ac peculiaria templa & loca translationem: ut istis ostentarii osculanda proponi, religiose coli, atque adorari, in processibus circumferri, & per institutas peregrinationes visitari, & à folemniter jurantibus tangi possint. Cultum reliquiarum vide refutatum ab antagonista Bellarmini lib. 2. de Ecclesia triumphante cap. 3. Nos in 3. part. selectar. dissp. tit. de Peregrinationibus Compostellanis, & tit. de processio. *nibus*, eandem superstitionem perstrinximus. Opponunt Pontificii factum Josephi *Genef.* 50. v. 24. cum 47. v. 29. *Hebr.* 11. v. 22. & Actor. 7. v. 16. *Resp.* Josephus, Jacobus & reliqui patriarchæ ex Dei peculiari revelatione & monitu per spiritum propheticum praverunt & denuntiarunt liberationem Israël ex Ægypto, & introductionem in terram Canaan; in cujus rei memoriam & fidem, sepulturam ibidem sibi delegerunt. Hoc ex locis citatis colligi potest: præterea nihil. Ostendant Pontificii translationem & *λειψανοθηρησκείαν*, supra designatam, aut à Josepho exercitam, aut sibi per spiritum Dei tale quid revelatum ac mandatum fuisse: & loca illa, ad quæ reliquiæ transferuntur, esse terram promissam à posteris dictorum sanctorum, aliquando possidendam, & hoc peculiari *translationis* seu elevationis signo ac monitorio fidem promissæ possessionis confirmandam. Nostri aliquando transtulerunt cadavera aut ossa defunctorum, quæ à Pontificiis exhumata afini sepulturâ denuo sepulta, aut ad sterquilinia erant projecta, aut sub infami ligno defossa, aut ex eodem suspensa: idque ob causam Christi; aliquando etiam ob causam quam politicam. Quæ infamis sepulturæ, in honorificam mutatione, indicant se justificare causam & memoriam eorum antea ab aliis injuste

damnatam. In hoc imitantur laudatos à Davide Jabesitas 2. *Sam.* 2. v. 5. 6. Et pios in primitiva Ecclesiâ, qui martyrum suorum exuvias, si quas ex afininâ aut infami sepulturâ retractas nancisci poterant, honestè sepeliebant. Exemplum uxoris celeberrime Petri Martyris, à Papistis exhumatæ & ad sepulturam asini condemnatæ, postea sub Elizabetha ab Oxoniensibus denuo honorificè sepulcro suo *restitutæ*, supra indicavimus. Simile fuit factum nostrorum, qui post Sylvam-ducis à fœderato Belgioa. 1629. subjugatam ossa honestæ & piæ matronæ Agnetæ Greven ob repudiatum viaticum itineris extremi à Parocho oblatum, & constan-

tem veræ religionis professionem, sub patibulo defosse, ad postulatam alicujus aut aliquorum ex posteris ipsius, effoderunt, & loculo inclusa, honestè & frequenti comitatu ad chorum templi Johannis delata, juxta sepulcrum Gisberti Masii Episcopi (qui infamis hujus sepulturæ autor fuerat) sepelierunt. Quo nomine ab inepto & futili quodam idiotâ *Van Geel* titulo Rustici *Flandrici* libros scribillante, me traduci audio; quasi tale quid parum consonè meæ doctrinæ egerim aut contulerim. Sed nulla nostræ doctrinæ & praxios communio cum Papisticâ de elevationibus & exhumationibus cum toto *λειψανοθηρησκείας* choragio, à Casuistis, & Canonistis ad tit. de reliqu. & vener. sanctorum præscripto : uti ex dictis liquere arbitror. Quam bene autem convenient mores & facta eorum hæc in parte, cum decretis Pontificum & Conciliorum, ex *Zypai Jure Canonico novo lib. 3. tit. de reliq. & vener. sanctorum pag. 264.* & ex *Barbosa collectaneis ad Bullarium & decisiones SS. congregat, in vocibus beatificatio, reliquia, S. Rochus;* denique ex *Breffero lib. 6. de conscientia & Molano de picturis sacris, qui volet, cognoscere poterit. Divortii hujus antehac indicium aliquod fecimus cum alibi, tum in *diss. de Canonizatione Sanctorum.* Sed quidquid fit de confilio & facto nostrorum, quod tamen quam maximè probo, sciat rusticus Flandricus, aut illi qui has nugas & ineptias illi suggerunt, me nullam illius confilii aut facti partem fecisse: quippè qui post novem menses in plantatione & ordinatione Ecclesiæ reformata istic exactos ad propriam Ecclesiam reversus eram; ubi de officium dictæ *Agnetæ* honorificâ translatione ac sepulturâ aliquamdiu post discessum meum factâ, aliquanto post ex aliorum relatione aliquid perceperam. Sunt & alii casus, in quibus Magistratus absque sepulcri violatione cadaver aliquod effodere potest, & solet. Celebris est effossio & incineratio fanatici Davidis Georgii per Senatum Basiliensem: cujus rationes descriptas invenies in *comentariolo historico de Davide Georgio*, ab Academia Basiliensi confcripto ; & in *Epistola Joh. Acronii Medec. & Mathematici.* in *Acad. Basiliensi Professoris;* quæ est 67. 1. centur. epistolarum à Simone Abbe Gabbema a. 1663. editarum.*

Ad §. 5. queft. 1.

De Sepulturæ loco, modo, & funebri pompâ non decet fideles nimium sollicitos esse: sed potius hæredibus præscribendum; ut honestam moderationem & frugalitatem adhibeant. De beatâ morte, & animæ post mortem statu ac loco nemo frustra sollicitus erit; modo in domino. Quid enim pro. dest cuiquam, si totum mundum lucratus fuerit animâ vero fuâ mulctetur ? &c. *Math. 16. v. 26.* Prodigalitatem in curâ victus, amictus,

domuum, utenfilium &c. pro viventibus, inter vitia numeramus: & quomodo eam in curâ sepulturæ mortuorum virtuti adscribemus? imprimis si ex fastu & vana superftitione proficifcatur. Non probo quidem ludicrum illud Diogenis refponfum refponfum (apud Laërtium, & Cicer. 1. Tufculan.) quo inhumatum le projici petebat, posito prope se bacillo, quo volucres & feras abigeret: cumque amici dicerent, non senties, regerebat, *Quid igitur mihi ferarumia. niatus oberit nihil fentienti?* Nec tamen improbo illud Euripidis apud Stobeum serm. 277.(edit.gr. lat. Gefneri), *Ανθρώπων δε μαίνονται φρένες, δαπάτας ὅταν θανέσι πείνπεσι κένας*, id eft, mentes hominum infaniunt, cum sumtus inutiles pro mortuis expendunt. Xenophon lib. 8. Cyri pædiæ refert mandatum Cyri, ut corpus suum terræ quamprimum redderent; non auro aut argento aut ullâ re conderent. Sed miflis Gentilium apothegmatis audiamus Gul. Thracium armigerum in tabulis testamentariis (apud Foxum in commentar. rerum in Ecclesia gestarum lib. 2. pag. 125.) ita loquentem: „ De corpore vero sepeliendo nec statuere se nec sua valde referre, ubi con., datur. Præclarè enim ab Augustino dictum est, sepulturę pompam ma., gis esse vivorum solatium quam mortuorum fubfidium. Itaque quod eam „ rem fpectat, id quidquid est negotii, voluntati se legatariorum prorfus „ permittere. Cum teftamentum hoc præter hic exhibita infignem purioris religionis confeflionem continens ad manus Warami Cantuarienfis delatum effet, fententiâ hærefios in Thracium mortuum pronuntiata, & cadaver ejus effoffum in cineres redactum fuit a. 1531. Quo nomine rex Henricus 8. graviter indignatus, Cancellarium Parkerum hujus fententiæ executorem iudicio fiftit: qui culpâ in Archiepifcopum Waramum jam defunctum rejecta, numeratis in Fiscum Regis 1000. præter propter coronatis, à iudicio se vix redemit.

Quę Canoniftę de jure & poteftate eligendi & non eligendi fepulcrum & de fepulcro ejus qui non elegit ad tit. *de Sepultura* difceptant, ipfis relinquimus.

Ibid. ad quaft. 2.

Sepulturas in templis ex fuperftitione ortas, & tum Gentilismi putatio facro ac religiofo (quod à *Guthero* lib. 3. de jure manium explicatum est) tum novitati Papatus potiffimum tribuendas, indubium est. Ne conferendis antiquitatibus Ecclefie Israeliticæ & Christianæ cum Gentilismo & novitate Papali multum laboremus, audiatur ingenua confefio recentiffimi Canoniftæ Zypai lib. 3. Juris Canonici novi pag. 202. Sepulchra olim non in Ecclefiis tantum, fed nec in civitate fieri permittebantur. Choppin. Monaft. lib. 2. ,tit. 1.n. 15. Primum Ecclefiaftici deinde Principes, denique paffim omnes „ infringere cœperunt; ut nunc vel homines infimæ fortis fub ipfis altaribus „ fere condantur. Adde rationes templaris feulpturæ, quas compendio ex Jure Canonico collectas exhibet *Lancelotus* lib. 2. intit. Juris Canonici tit. 24. Cur in Ecclefiis & locis facris Sepultura conftituantur h. d.

»»

Trastemus nunc de Sepulturis, quæ quidem, per fideles, non nifi in facris

,sacris & religiosis locis, ideo constituuntur: quod minus ibi spiritibus vexantur immundis, & quod sanctorum illorum commendantur patrocinis, quorum nomini Ecclesia, in qua corpora conqueiscunt, est consecrata. Accedit quod defunctorum proximi ad sacra loca venientes, sepulturamque conspicientes, suorum recordantur, & pro eis pias preces fundunt. Unde mortuorum sepultura, & cæmeteria apud illas Ecclesias, & monasteria ex antiquo, quo disposita esse comperiuntur, in quibus religioforum conventus fuit, constituti, ubi orationes, & missarum solennia, tam pro vivis, quam pro defunctis, frequentius celebrantur.

Cur autem reformati in Gallia, quæ in templis Paganis habent sepulchra majorum suorum, repetierint, infra lib. 4. tract. de templis disqui-

remus.

*

Ad part. 2. §. 5. quæst. 1.

Occasionem quærendi de conditurâ cadaverum dant textus Genesios v. 2. 2 Paralip. 16. v. 14. & Johann. 19. v. 39. & 12. v. 3.7. coll. cum Marc. 14. v. 8. De modo condiendi cadavera agit *Bellonius* de Medicato Funere lib. 3. ubi Physica & medica. De quibus & *Zachias* in quest. Medico - legalibus lib. 4. tit. 1. quæst. 9. qui ibidem non penitenda inspargit ad antiquitatem & textus *Genesios*. 50. illustrationem facientia. *Bellonius* lib. 2. quæ ad historiam, criticam, & antiquitates spectant, potissimum profectur. Eadem tractantur à *Kirchero* in *Oedipo Ægyptiaco*. *Bernard. Gomesius* in *diacephs. de fate* lib. 1. cap. 18. condituram per salem extollit, & per balsamum, myrrham, aloem infusum condituræ genus appellat. Non pauca ad historiam de cadaveribus conditis pertinencia collegit *Kornmannus* in lib. de miraculis mortuorum. Conferri etiam possunt *Baronius* ad ann. 34. §. 48. & *Cafaubonus* exercit. 16. §. 112. Syri & Ægyptii, quos secuti *Græci*, Romani, nimis sumtuosè corpora ungebant, condiebant, additis etiam auro, argento, cippis, titulis, obeliscis, pyramidibus, mausoleis. Inter antiquos Christianos etiam condituræ aliquæ adhibitæ fuerunt; & fortè modum excesserunt five id κακο ζήλια Gentilium, sive ad testandam fidem resurrectionis, sive ad imitandum exemplum à Christo approbatum *Marc.* 14. v. 8. five aliâ de causa: hoc egerint. *Tertullianus* in apologet. cap. 42. Si Arabia queruntur, faciant Sabai plures & carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari, quam Diis fumigandis. Loquitur de thure in sepulturâ Christianorum. De aris sepulchralibus, deque superbis sepulchris pene ad formam templorum exstructis, *Heraldus* ad *Tertulliani* apologet. cap. 13. De pyramidibus & obeliscis post *Petr. Bellonium* lib. 1. (qui glaciem hic fregisse videtur), & *Raderum* in commentar. ad 1. epigr. *Martialis*, Sandeum in theologia symbolica, *Leonem Allatum* in commentar. ad *Philonem Byzantium* de septem orbis spectaculis, fuffillimè *Arbanaj*.

Kirche

Kircherus in Oedipo Ægyptiaco. De *labyrinthorum* antiquis & superbis structuris, quæ sepulcri causâ fiebant, deque tumulorum editorum amplitudine, de sepulcris marmoreis, &c. Bellonius lib 1. cap. 9.15. de arboribus quæ sepulcris inferi folebant: Ibid. c. 17. De columna *Trajam*, in quâ osla ejus condita, & de mole Hadriani, quæ pro sepultura ipsius positafuit, Pancirollus & Salmuthus in antiquè deperditis tit. 29. & 30. Hodie castellum S. Angeli vocatur, & à Pontifice inhabitatur. In quod tetrasticho sic lusit Beza:

Cafareos cineres que moles clauferat olim,

Arx est Romano nunc facra Pontifici.
Quam bene, qui mortis nunc est mortalibus autor,
Morti facratas obtinet iste domos!

De *colosso* amplissimæ molis dicto *androsphinge*, qui etiamnum superest, *Bellonius* lib. 1. cap. 2. De eodem sphinge, aliisque colossis, obeliscis, pyramidi. bus, labyrinthis, & feptem mundi miraculis, Pancirollus & Salmuthus lib. cit. tit. 31. & 32. De *Mausoleo* lidem tit. 32.5.8. & ante eos *Majolus tom. 1. dier. canicular. colloquio* 2 3. Conferri poffunt, ab iis, quibus vacat, Kirchmannus aut *Gutherius*, de conditura, sepulcris, & locis sepulturæ. Quibus non vacat, & pressius explicandis textibus modo citatis insistunt, consulant, *Phyfiologiam sacram Joh. de Mey ad locum Genef. 50.* ubi appendicem habet de antiquis sepulturæ ritibus in sepulturâ memoratis: de quibus etiam *Jefuita Menochius* lib. 8. de Republica Hebræorum cap. 4. & 5. De sepulcris regum Ifrael *Pineda lib. 8.* de rebus Salomonis cap. 3. De speluncis, montibus, collibus, vallibus rupibus ad sepulcra delectis, ex profanis scriptoribus multa colligi possent: Sed hac vice fuffecerit indicasse *Geness. 23. Marc. 15. v. 46. Deuter. 34. v. 6.* Ingentium saxorum cumulos ad sepulcra collectos & ordinatè constructos quales in Drentiâ, & vicino tractu, imprimis etiam in Scandia etiam hodiè confpiciuntur, studiosè describit *Johannes Picardius* in antiquitatibus Drentia a. 1660. *distinct. 5.* De similibus, cumulis, & de collibus rotundis, *Warenus* in antiquit. Hibernicis c. 24.

* Ad quest. 2.

De candelis in funere adhiberi solitis *Persius* fatyr. 3. sub finem: *Ilirc* tuba, candela, tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque lutatus amonis, In portam rigidos calces *extendit*. Ubi vide sis doctiff. commentar. *Cafauboni*. In Papatu bis luminaribus utuntur; primum cum defuncti corpus honestè compofitum, locodecenti cum lumine collocatur: sunt verba Ritualis tit. Ordo commendationis animæ. *Deinde*, cum cereos accensos in exequiis & funeribus deferunt. Quem ritum ecclesiasticum antiquiffimum, neutiquam omittendum fancit Ritualis tit. *do Exequiis*. Ubi infuper in cafu paupertatis,

facerdotum, ad quos defuncti cura pertinet, aut *alicujus* pie fraternitatis, la istic fuerit, impensis debita lumina adhiberi vult. Sed quomodo ritus hic antiquiffimus dicitur, cum

canon. 33. Concil. Eliber. statuerit: Cereos per diem placuit in cæmeterio non accendi : inquietandi enim spiritus sanctorum non funt. Qui hec non observaverint, arceantur ab Ecclesia communione. Bellarmini insulsam interpretationem Albaspinus Episc. Aurelianensis in notis ad canones dicti Concilia. 1622. ne quidem referre dignatus est; caufæ desperationem haut obscure confessus, cum trepidus interpretationem arripit ut novam, sic magis absurdam. Præmissâ enim hypothese sententiæ Tertulliani & Cypriani, de animabus martyrum sub altari hærentibus, & habitantibus, ibique dum Deus eorum mortem ulciferetur expectantibus, subiicit: Quoniam autem cereis ardentibus, igni, fumigationibus, (spiritus divexari ipse experientia animadverterent: haut scio an illi patres vetuerint, admoveri cereos ardentibus, ne anime sanctorum, quæ sub altari permanerent, admoto igne inquietarentur. En subtile εὐρημα. Ipse fati præcaverat cum *initio hujus* capituli pag. 46. has desperationis voces emittebat:

■

Hic canon illius Concilii difficillimus sanè crucem fixit interpretibus, „vix ut aut ne vix quidem explicari evolvi que possit, quo factum est, ut „perridiculas & valdè absurdas explicationes intérpretes excogitarint; ideo, que mihi magnopere metuendum, ne mea deterior sententia existimetur. Atque hæc quidem de luminibus vel super aut juxtà loculos collocandis, vel in deductione funeris gestandis. Lucernæ aut lampades ipsi sepulcro *inclusæ* ibique per multa sæcula luminaturæ *inomnibu* fere monumentis (teste Gutherio lib. 2. cap. 32.) inveniuntur. Ibid. paulo post: post multos annos apertis tumulis immisso aëre, lucerna illa statim accenduntur. Quâ arte id fieri potest, à multis quæsitum fuit. Si ex lino asbestino, id est, inextinguibili (quod ex lapide amianto conficitur) lampades illæ instruantur, jam ratio facile inveniri posset, cur perpetuo luceant: haut aliter ac pyropus seu carbunculus, aliaque fossilia aut vegetabilia aut animalia lucida. De asbesto vide *Pancirollum* & *Salmuthum tit. 4.* & autores ibi citatos. Aut si lampades oleo incombustibili instruantur, forte intelligi potest cur ultra 1 500 annos perpetuò fulgore luxerint, quæ in subterraneis Italiæ monumentis superiori sæculo inventæ dicuntur ab autoribus apud *Salmuthum tit. 35.* citatis: inter quos Hieronymus Rufcelli, qui olei istius dilucidam descriptionem dedit. *Sed* admiranda hæc non fati explicata (si vera de iis referant *autores citati*), quod admissa aëre lucernæ illæ sepulcrales accenderentur (uti habet *Gutherius modo cit.*); & quod eadem per tot sæculorum decursum lucentes, admissa aëre ilico exstinguerentur; uti testatur *Pancirollus tit. 35.* Fortunius Lycetus Philofophus Patavinus a. 1621, de lucernis illis peculiarem tractatum edi

■

dit: de quo ipse in tract. de priorum operum historiâ a. 1634. lib. 1. cap. 9. Diuturnis vigiliis ad hasce lucernas è tenebris intellectus eruendas elucubravi, &c. & potest: *contradictorem* neminem habuit, quem ego viderim, laudatores plurimos, &c.

Continet libros quatuor: quorum . lucernarum variis locis detectarum historias describit. 2. varias doctorum de admiranda istius luminis causa opiniones recenset. 3. causas veras mirabilis hujus eventus detegit. 4. dubitationes varias, & quæstiones huc pertinentes dissolvit. Peculiares quosdam ritus ab Ethnicismo derivatos observabam. 1629. & 1639. Sylvæ. ducis, cum in plantandâ & ordinandâ Ecclesia juxta cum aliis istic versa. rer. Defuncto alicujus dignitatis aut census, ilico ad postes domus luctus candela incensa laternæ inclusa suspendebatur, & strues fasciculorum ligneorum (vernaculè *mutserden*) ad latus ostii collocabatur. Quorum illud Ethnicis - Papisticam superstitionem, istud antiquorum Gentilium præparationem ad combustionem cadaverum sapere videtur. Quamvis autem id planè otiosè nunc fiat, ubi nulla amplius cadaverum combustio obtinet: consuetudo tamen illa non nisi Ethnicismo originem suam debet. Sexcentæ ejusmodi vacuæ observationes monstrari possent, quarum homines causam & originem ignorant. In agro vicino, signum defuncti erant duo pugilli straminis formæ crucis ante ostium, aut in viâ proximâ dispositi. Quod ad materiam, seu stramen, per illud aliquem illic defunctum significabant; hoc est, eum lecto letali subducto (quod communi more fieri solent) stramini impositum esse. Alibi fenestris, & ostio clauso seu connivente, aut pheretra ante aedes posito, aut alio signo idem significatum volunt. Sed quod ad figuram crucis, quam etiam in oculis, in corollis, in tumulis, in cippis seu erectis super monumento lapidibus exprimere solent, eam superstitionem suam Papistæ proclamant. De quo *vid. 3. part. fel. Diffp. tit. de Staurolatria.*

Ad quaest. 3.

Adde quæ de herbis & coronis sepulchralibus notata sunt à *Magio* Angliarum lib. 2. miscell. cap. 17. *ubi cap. sequ.* explicat Pythagoræ superstitionem, qui mortuos in myrti, oleæ, & populi nigrae foliis sepeliendos præceperat, De florum coronarumque apud Gentiles sparsione aliquot autorum testimonia congerit Elmenhorstius ad Minutium ad illa verba: *coronas* etiam Sepulchris *denegatis*: plura addidit *Ouzeelius* ad eundem.

Ab ejusmodi abstinebant antiqui Christiani, ut patet ex *Minutio* modo cit. & ex *Iustino* apol. 2. quem adducit *Ouzeelius*. Qui ibidem ostendit ex Prudentii hymno de exequiis sanctorum, Christianos postea ab hac simplicitate receffisse: *Nos*, inquit Prudentius, *tecta* fovebimus ossa *Violis* & fronde frequenti, *Titulumque* & frigida faxa liquido spargemus odore. Cum quo conferendus erit locus Hieronymi ad Pammachum super obitu uxoris cap. 2. Nec mirum cum tot Gentilium superstitionis ritibus quamvis per prædeceffores tam rigidè condemnatis, nihilominus multis in plebe tò αρχαίον & carnificem consuetudinem sectantibus, tepidisque aut tepescentibus doctoribus nimis diu & patienter hæc tolerantibus, tandem victas dederint manus; quin etiam quæritis prætextibus cum diutius palliare nequirent, superstitionem in religionem mutare dicebant, affingendo illi usum quem religiosum, unde tandem in Papatu edolârunt mysticam necessitatem & efficaciam. Sic facilis ars deluditur arte. Ut Judæos olim multa ab Ægyptiis, *Aflyriis*, *Chaldæis*, Græcis, aliisque Gentibus accepisse docet

nos collatio historiæ facræ cum profana: sic similiter de pluribus antiquorum Christianorum, imprimis cum ex persecutione coepissent emergere, ritibus judicandum est. Morem spargendi flores, fertis limina prætexendi &c. ab *Ethnicis* ad antiquos Christianos, ab his ad hæc usque tempora derivatum fatetur Jesuita Martinus de Roa lib. 2. singularium *cap.* 5. qui tamen ibidem adducit *Tertullianum* lib. de Corona, & Chrysofomum in orat. de Kal. Januariis, contra ritus ejusmodi contestantes. Sed dicet, uti alibi excipit, superstitionem in religionem à Christianis, & ab hodierno Papatu mutatam esse. Regeo ego superstitionem in aliam superstitionem mutatam esse: & præfutam talem quamcunque religionem repugnare verbo Dei: uti hoc alibi & generaliter & particulariter probavimus in 3. *part. select. Difff. tit.* de Superstitione, Idololatria, *Jubileo*, Processionibus. Ipse Roa lib. 2. *cap.* 20. veterum Christianorum morem cum *Chrysofomo homil.* 22. in *cap.* 4. epist. Corinthios superstitionis arguit, quod spreto majorum more gentium ritus sequerentur, ac. censis lucernis & his nominibus impositis, quæ plurimum duraverit, ejus nomine puerum appellando. Cur morem hunc Pontificii, æque ac alios, non retinuerunt, superstitione in excogitatam quam religionem mutatâ?

Ad 4. quest.

De numeri ternarii vacuâ observatione à Gentilismo ad majores nostros derivatâ, ex hominum moribus cum Bongo de mysteriis numerorum, & Ausonii Edyllio XI. (*tit. gryphus ternarii numeri*) collatis plurima observari possent. Nos de numeris nonnulla notamus in 2. *part. select. difff. tit.* de Superstitione.

Ad 6. quaest.

Huc refer quæstionem, mihi ante annos 24. (si bene memini) à ministris Ecclesiæ alicujus in medio Papatu versantis propositam. *Quæstio* mihi proposita, & ad eandem responsio meahis verbis conceptæ erant.

Quæritur an liceat deducere funera Papistica, in quibus cruces, faces, cantus aliique ejusmodi (superstitiosi ritus adhiberi solent, quos docent Ritualia ipsorum & usus vulgaris.

"*Resp.* negatur, I. *Quia* committitur superstitio participata & indirecta „ad minimum, quomodocunque quis sibi caveat. Effe autem istam pompam „superstitiosam nemo reformatus dubitat. Infuper quomodo quis participat, pare potest peccato alieno docent vulgati verficuli apud Casuistas, quos „etiam refert Amesius in *Medulla: Consulo, precipio, &c.* Jam vero om., nem talem participationem esse illicitam, constat ex disputatione de *Idololatria* 1. *Corinth.* 8. & 10. coll. cum *Ephes.* 5. v. 7. 11.



II. *Quia* committitur ad minimum species mali; Videmur superstitio,, sum istum morem sepeliendi approbare, aut faltem non improbare; aut „susque deque habere. Atqui hoc esse illicitum docemur, 1. *Theßal.* 5. 22. ,, coll. cum *Juda* vers. 23. & *Philipp.* 4. 8.

„

III. *Quia* videbimur sic aliquâ ratione, hâc scil. in parte, ecclesiasticam & „ spirituales communionem cum Papismo colere, & quidem ex hypothesi „Papistarum. Nam illi sepulturam nominant ecclesiasticam, & faciunt „ agendum ecclesiasticum : uti constat ex *Rituali feu Pastoralis*, tit. de Exequiis

P. 143. & Jure Canonico tit. de *Sepulturis*. Hinc etiam *Becanus* lib. 5. Manual. c. ,, 11. disputat non licere Papistis ordinariò comitari funera Protestantium. ,, Quamvis revera longè dispar fit ratio; nostrorum n. funera (faltem Reformatorum) nihil habent ecclesiastici propriè ita dicti, neque ex rei veritate, neque ex nostra opinione. Jam vero nullam ecclesiasticam, aut in ecclesiasticis communionem cum Papistis colendam, docemur ex *Apocal.* ,, 18. v. 4. cum 2. *Corinth.* 6. aliisque textibus: unde nostri probant scelus, fionem à Papatu.

■

IV. Denique, *quia* scandalizantur tum rigidi Papistæ, dum aliquo modo in sua superstitione confirmantur; tum infirmi, dubii, & in bivio constituti; tum etiam zelotæ & γνήσιοι Reformati. Atqui nemini scandalum præbendum docemur *Math.* 18. v. 6. 7. & 1. *Corinth.* 10. coll. cum ,, cap. 8.

■

Postea nactus Exercitationes theologicas Davidis Parei cum eas perlustro, inveni eandem fere quæstionem lib. 2. exercit. 54. pag. 267. ab illo propositam: An amico recte sentienti in Republica Pontificia liceat funus ad templum profequi: Indicatur ibidem in margine, quæstionem hanc Colonia missam fuisse 21. Novembr. a. 1597. Ad eam cum distinctione sic respondetur. Si per leges & caritatem possit, potius absteineat à tali officio. Si

Mm

non

„ non possit, videri eum sic facientem, absque peccato fervitatem eam ferre „ posse. Antea autem sic tolerantiam dictæ fervitutis limitaverat 1. Si Magistratus, vel lex jubeat. 1. Si professione & discessione ad templum facta ipsorum exequialia improbare se ostendit. Sed *prior conditio* nihil facit ad hoc licitum aut illicitum esse: Si


quid fapiat superftitionem aut idololatriam, si non directam, faltem indirectam aut participatam; id humanâ lege aut jussione Magistratus non poteft fieri licitum. Ideoque reformati qui in politiis Papisticis commorantur, mulctas pecuniarias non raro persolverunt, quod non paruiffent mandatis & legibus pœnalibus, de infantibus parochio illius districtus, ubi ipsi habitant, ad baptifmum offerendis, de matrimoniis coram proprio parochio celebrandis, de puerperis per eandem parochum purificandis seu Ecclefiaë restituendis, de genu flectendo, aut caput aperiendo ad idola in compitis disposita, imprimis ad idolum panaceum frequenter per plateas, & folemner in proceffionibus circumferri folitum Alibi jussione Magistratus, de infcriptione in album *fraternitatum* artificum, & obfervatione statutorum & confuetudinem cujufque fraternitatis, non parent; quia sciunt per inoffense confcientiaë jura illud non posse fieri. Posterior conditio, quomodo servari possit velim uberius explicatum fuiffet. Quomodo reformatus prosequeris funus improbabit sacra exequialia? An nudo filentio? Hoc minimè sufficit; cum facta ejus coram hominibus loquantur. An vero abftinentiâ ab iis, quibus per confcientiam adefse & interesse non debet? Atqui illa distinctè & minutim fuiffent designanda. Si aquâ lustrali eum afpergant, an eam tacitè recepturus? an vero Valentinianam imitaturus fit, qui testibus Sozomeno lib. 4. cap. 6. facerdotem coram Juliano Imperatore conviciis adoriebatur, & tantum vestis suæ incidebat atque abjiciebat, teste *Nicephoro lib. 11. c. 1.* quantum gutta aquæ lustralis madefecerat. Si celebrent missas pro defunctis, fi omnes flexis genibus orent pro animâ five sepeliendi sive jam sepulti, an reformatus omnibus ex. ternis ritibus se conformabit; an vero & factis & verbis contra eofdem protestabitur? & cui bono, quo eventu? Hæc omnia primò explicanda effent.

Rationes Parei funt:

1. *Rat.* quia Magiftratui in civilibus per se licitis est obtemperandum, etiam cum aliquâ molestia *Rom. 13. v. 5. 1 Petr. 2. v. 18.* atqui *deductiones* funerum funt officia civilia, quatenus lege jubentur, & licita per *se, quia cari. tatis &c. Refp.* Hęc Papistica esse civilia per se licita, sumitur; *non* probatur. Quid fi quis dicat hoc de esu idolothuten 1. *Corinth. 10.* à *quibus* apoftolus tantopere dehortatur; quid refponderent? *Deindè* cum molestia aliquid fertur, cum quis nihil agit, fed patitur. Atqui deducens funus Papisticum in

1

tem.



templum, aliquid agit. Jam vero omnis actio humana, in individuo feu singulari est moraliter bona aut mala.

2. *Rat.* Reformati poflunt sine suo peccato, lege vel Magistratu jubente, juvare structuram templi, pendere reditus facros, servare stationes urbis, dum fit pompa publica. Quia hæc funt onera civilia fuo genere non impia. *Refp.* Hic reformati solummodo exactiones, & onera ferunt: fed ipfi immediatè facris Papisticis & fuperftitiofis exequiis non cooperantur.



3. *Rat.* A majori licet reformatis (cum aliter non poflunt) uti mini, sterio errantium, & ceremonias humanas servare; dummodo fidem fuam „apertè profiteantur, errores difertè improbent, & nihil per se impium ver,, bis & factis committant. Multo magis licet comitari funus cum impro,, batione superstitionum. *Refp.* Si quis fe inclinaret coram imagine crucifixi, genuflecteret ad ostentatum Deum panaceum, aquâ lustrali ad ingrefsum templi se aspergeret, infantes baptizandos exorcizaret, aut pafiori exorcizandum committeret, absolutionem pastoris post editam auricularem confeflionem peteret & acciperet, non tamen sine aperta & verbali prote. statione contra superstitiones Papisticas; an illa protestatio factis contraria coram Deo & hominibus irreprehensibilem quem confitueret? Non arbitror. Sed hæc pluribus profecuti fumus in difpp. de Superftitione & Idololatria., Ad probationem defumptam ex exemplis Prophetarum, *Chrifti*, „Apoftolorum, qui sæpè sunt usi minifterio errantium Sacerdotum, cum ,, taxatione corruptelarum *Refp.* Sed illi non funt cooperati aliorum erroribus & fuperftitionibus. Perpetuo eadem fallæ hypothefios chordâ oberratur, de purâ putâ passione aut tolerantia mali, & nullâ actione aut cooperatione eorum, qui funera Papistica deducunt. Quæro ego, an liceat cum Magistratus id mandat, mislam frequentare. Si affirmant Nicodemitæ, aut Libertini, vide quoinodo illud Doctores reformati citati in 3. part. (elect. difpp. tit. de Idololatria *indirecta*, refutaverint, & nos ibidem cum iis.

Ad quest. 7.

Olim & etiam hodie à quibusdam attendi tolet ad situm mortui *primo poft* obitum in lectulo letali, seu mavis stramine: *deinde* in loculo: in *tertio* & cum loculo in hac aut

illâ parte domus ; *quarto* in feretro, & in elatione funeris: *quinto*, in depofitione ex feretro, & in illatione in sepulcrum. Nos ad vacuas illas observationes minimè attendendum censemus. Ita ut otio,,fum plane sit statutum in Rituali Romano tit.de exequiis: Corpora defun,,ctorum in Ecclefia ponenda funt pedibus versus altare majus ; vel si con,,duntur in oratoriis aut capellis, ponantur cum pedibus versis ad illarum ,,altaria, quod etiam pro fitu & loco fiat in sepulcro. Presbyteri vero habe,, ant caput versus altare. Et rurfum pag. 147. *in rubrica*. Deposito feretro

Mm 2

in

,, in medio Ecclefia, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, fint versus altare ,, majus; fi vero fuerit Sacerdos, ut dictum est, caput sit versus ipsum al,,tare, &c.

Pertinet etiam ad situm, quod apud Gentiles tum Græcostum Romanos cadaver ad januam deponerent: de quo comentar. ad Suetonii Augustum cap. 1. Homeri Iliad. 7. Virgil. Eneid. 11. Hodie etiamnum apud multos nostratium fimulaculo conditum est in atrio & vestibulo ædium collocatur. Idem Lutetiæ observari testatur *Joh. Stephanus* Durantus lib. 1. de ritibus Ecclesia Catholica cap. 23. Qui ibidem ait, apud veteres (An majores in Gallia, an veteres Christianos in Imperio Romano, an utrosque intelligat, nefcio) in tricliniis aut cænaculis collocata fuifle; uti & *Actor.9.v.* 39.idemque Tholosæ observari.

Ad quast. 8.

Rituale Romanum aspersionem aquæ benedictę parochis prescribit 1. in morbo pag. 115. tit. *de vifitatione* & curâ infirmorum. 2. in agone pag. 118. tit. Ordo commendationis anima. 3. postquam exspiravit, & corpus honestè compofitum loco decenti cum lumine collocatum fuerit. pag. 140. *tit. eodem*. 4. cum feretrum & corpus fuper eo in templo aut cemeterio sane depofitum est. pag. 153. tit. *de Exequiis*. 5. cum corpus ad sepulcrum delatum fuerit. pag. 153. *tit. eod.* 6. cum fiunt exequię absente corpore, & in die tertio, septimo, trigefimo, & anniversario, circuit tumbam aspergens, pag. 208. tit. *Officium defunctorum*. Similiter in exequiis & officio defunctorum fit incenfatio: tit. cit. 7. in exequiis parvulorum ante usum rationis defunctorum. p. 2 10. tit. *de exequiis* parvulorum. Ubi etiam de imponendâ *corona* de floribus, feu de herbis aromaticis, & odoriferis, in fignum integritatis carnis & virginitatis..

Ad quast. 9.

Rituale præcipit, ut parva crux super pectus inter manus defuncti ponatur: aut ubi crux deficit, manus in modum crucis componantur. pag. 141. tit. ordo commendationis *anima*. Etsialiquo in casu contingat corpus extra Ecclesiam aut cemeterium sepeliri, semper crux capiti illius apponi debet, *ad significandum illum in Christo quiescisse*.

pag. 144. tit. de *Exequiis*. Cum ,, conveniunt ad funus efferendum, Parochus indutus superpelliceo & stolâ ,, nigra, vel etiam pluviali ejufdem coloris, clerico preferente crucem, & a

3

lio aquam benedictam, ad domum defuncti una cum aliis procedit, di,, stribuuntur cerei, accenduntur intortitia. Mox ordinatur proceffio, pre,,cedentibus laicorum confraternitatibus, sequiturclerus regularis & fæcu,, laris, per ordinem, binique procedunt, prelatâ cruce, devotè psalmos, ut infra, decantantes, parochus præcedente feretrum cum luminibus, &c.

pag

:

1

1

pag. 145. eod. tit. Mores docent nos etiam loculum, & pannum, qui tegit loculum, & tumulum cruce signari ; & ferta, ac cippos seu erectos lapides in modum crucis formari. De stramine cruciato fupra diximus. Singulæ fraternitates tum sacræ (e.gr. Mariæ, Antonii, Sebastiani, &c.) tum profanosacræ (ut fabrorum, sartorum, sutorum, pistorum, mercatorum, &c.) immo & finguli status hominum, peculiare aliquos ritus adhibent: quos infinitum effert percensere.

Ad queft. 1 r.

Huc refer quod mortuos propriis vestibus & quidem pretiosissimis indutos antiqui Gentiles, & hodie nonnullæ gentes fepelire solent. Quod præterquam quod prodagilitatem sapere videatur, nescio an satis conveniat cum Job. 1. v.2 1. nudus exivide utero matris mea, & nudus redibo illuc. 1 Timoth. 6.v.7. nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quidquam poffumus Eccles.9. v.8. & partem nullam esse eis, &c. Sepultura Christi Job. 19. & Lazari Job. 11. fine vestibus eorum peracta. Lycurgus sanctione suâ cum aliquid emendare studeret, plura tamen relinquebat. Sic enim de illo Plutarchus in Laonicis & Lycurgo: Piacula quoque sustulit, ac ne quid una cum cadaveribus fepelirent, mandavit, præter puniceam vestem, & oliva folia, in quibus æque omnes cadavera componerent, &c. Quidquid sit de hoc ritu, faltem vanissima est observatio Pontificiorum de facerdote cum vestibus sacerdotalibus sepeliendo.

De quo fic in Ceremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 38. fol. 94. a. ,, Loto, & terso corpore, clerici familiares, feu alii Ecclesiastici viri cum Cæ,, rimonario induant illud primum vestibus ordinariis usque ad Rochet,, tum, deinde sacris vestibus, quibus

vivens induebatur, dum solemniter e., rat celebraturus, hoc est, caligis, & sandaliis, amictu, alba, cingulo, stola, ,, manipulo, cruce pectorali, tunicella, dalmatica, chirothecis, planeta co.,loris violacei, annulo, & mitra simplici, ac etiam pallio cum spinulis, fi ,, erit Archiepiscopus, vel aliàs utens pallio, & ponant super pectus ejus crucem aliquam, quam manibus teneat. Ante quinquennium (ni fallor) in templo Petri aperto sepulcro Bernulphi 20. Episc. Ultrajectini, qui obiit anno 1054. inventa sunt particula offis cruris, & bacillus pastoralis argento in capite vestitus, cum reliquiis seu mavis quisquiliis togæ. Commentatores Pontificii ad Levitic. 10. v. 5. Ex hoc *exemplo*, inquit Lyranus, *inolevit* consuetudo, quod sacerdotes nova legis cum vestibus sacerdotalibus sepeliuntur. Quem sequitur *Tostatus*, Sed consequentia malè ducitur à ritibus sepulcralibus Sacerdotum V.T., ad ritus Ministrorum N. T. *Deinde* ex textu certò colligi nequit, quod eos in & cum omni apparatu sacerdotali terrè mandarint, fed tantum quod portaverint eos in tunicis suis (ubi vulgata versio:

tulerunt eos sicut jacebant, vestitos lineis tunicis) ad extra castrametationem. Cum enim induti sacerdotali schemate effent percuffi, & ilico, mandante Mose, ex fanctuario extra castra deportandi, nulla præfestinatione fieri potuit mutatio vestimentorum. Sed hoc nihil ad sepulturam seu tumulationem sine aut cum vestibus sacerdotalibus, aut aliis quibuscunque : de quibus loco cit. ne quidem xñ. Aliud enim est vestitum aliquem subito morientem de plateâ, aut de mensâ tolli, aut ex curia, ex templo, &c. ubi mortuus concidit, efferi: & aliud, eum sic vestitum in terram defodi. Nec moris erat apud Judæos mortuos vestibus suis indutos, in sepulcrum inferri, uti colligimus ex *Math. 27. v. 59.* ubi Christus vestibus suis spoliatus v.35. cum *Johann. 19.v. 23.* & nudus de cruce desumptus, sindoni involvitur. Confer loca *Johann. 11. v. 44.* & *19. v. 40.* & *20.v. 5. 6. 7.* Hunc morem Judæorum *Johann. 19. v. 40.* indicatum, quod ad involucra explicant & afferunt Baronius anno 34.§. 136. Toletus in *Johann. 20.* Jac. Chiffletius tract. de linteis sepulcralibus Christi cap. 2. Ne quis autem dicat, folis *Sacerdotibus* hunc honorem habitum, ut cum sacris vestibus sepelirentur, commonstro *Exod. 29. v. 29.* Et vestes sancte que sunt ipsi Aaron, erunt filiis ejus post eum ad unguendum cum eis, & ad consecrandum cum eis manum eorum. Septem diebus induet eos sacerdos loco ipsius de filiis ejus, &c. *Numer. 20.7.25.-28.* refertur Aaroni vestes ante obitum ademptas, iidemque Eleazarum indutum.

Ad quest. XI.

Nos infra lib. 4. ex professo agimus de abusibus Papisticis circa campanas.

Ad quest. XII.

Fatendum est, rationes aliquas fuisse cur in primâ Ecclesiarum multarum reformatione, in vacuo illo à mislis, totoque officio defunctorum à Papatu exerceri solito, substitutæ fuerint aliquæ Ecclesiasticæ & piæ paraneses & consolationes formæ concionum propositæ. Nec tamen diffitendum, esse rationes & quidem nec pauciores nec minores, cur reformatione jam constitutâ non introducantur, ubi non sunt; aut

abrogentur, ubi fuit. In reformatione Ecclesiæ Scoticanæ anno 1563. priori libro disciplinae pag. 65. tit. de sepultura, statutum ut sepultura fieret absque cantu, lectione scripturæ, concione funebri. Rationes quas istuc subjiciunt, mox infra referemus. In Helvetia, Germania, *Anglia*, usus earum etiamnum remanet. Idque tum experientiâ, tum *tot editis* concioni, bus funebribus edocemur. Omnes quis enumeret vulgaribus linguis editas? Ante annos complures habui in Bibliotheca, & pallim inperxi ac per. curri 200. funebres, & 100. nuptiales conciones Brandmylleri concionatoris *Bafileenfis*, latine in 8. editas. Anglicè prostat concio funebris in tragicum obitum comitis Essexii a. 1598.; alia in ignominiosum obitum Johannis Atertoni Episcopi in Hiberniâ ob infandum flagitium Dublinia. 1641. suspensa; quæ habita à Nicol. Barnard Decano Ardagensi. Etiam, si bene memini, habitæ in funere parvulorum. Rationes quæ pro continuato talium concionum in Ecclesiis reformatis usu militant sunt sequentes. 1. *quia* utiliter capita de quatuor novissimis, hæc occasione explicantur, & applicantur. 2. *quia* propinqui & hæredes consolationem & excitationem aliquam ad imitandum percipiunt, cum emortualia, & beata mors, sepulti, & benefacta viventis re. censentur. 3. *quia* alieni à religione nostrâ, hæc occasione conciones nostras fubinde audiunt. Rationes adversæ sententiæ collectas habes à *Francisco de Combes* Ministro Metensi, in lib. cui tit. Consolations generales & particulieres pour les malades. Ubi part. 2. in principio discursum habet de talibus concionibus, ad excusandam Ecclesiam Metensem, reliquasque Gallicanas, apud quas usus earum abest. Statum quæstionis ita format:

An Ministrum vi muneris sui obligentur, non quidem ad consolandos eos qui dolent ob mortem suorum (hoc enim *conceditur*); (sed ad habendas conciones funebres, quotiescunque quis de Ecclesiâ ipsorum sepelitur.

Præmissâ sequenti limitatione. 1. Non esse absolutè illicitum. 2. Immo aliquo in casu admodum utile: præfertim si rex, aut Princeps, aut publica ejusmodi persona defuncta sit. 3. Sed si tantum in funere optimatum & ditiorum habeantur conciones, videri sapere illam profopolepsiam, quæ taxatur *Jacobi* 2 v.1.6.

Pro negante sequentes adducit rationes,

1. *Quia* in scripturâ nullum mandatum, nullum exemplum, cum de piorum morte & funere agitur Genes. 50. 1. 3 - 10. 2 Sam. 13. v. 37. 1 Paralip. 7. v. 22. 2 Paralip. 35. v. 25. *Joh.* 11. ubi de Lazaro. *Act.* 8. ubi de Stephano. & *cap.* 12. ubi de Jacobo, *Joh.* 19. ubi de sepulturâ Christi.

2. *Quia* est aliqua species mali: putabunt enim Pontificii id fieri pro mortuis. Hæc ratio, inquit, fuit Synodis Gallicanis, cur eas prohiberent.

3. *Quia* originem habet à Gentilibus, qui mortuos (vide *Gutherium lib. 1. cap. 25.*) laudabant.

4. *Quia* Ministri magno incommodo laborarent tempore peftis, fipro fingulis fepeliendis habendæ effent conciones.

5. *Quia* difficile esset Miniftris, cum frequentia funt funera, novis inventionibus conciones fuas infruere: ne si eadem fere chorda oberrent, auditoribus faftidium pariant.

6. *Quia*, ubi frequenter conciones funebres habentur, populus tardior fit 7. *Quia* admodum incommodum & difficile est Ministro, virtutes & præclarè gesta defuncti referre & in exemplum proponere: ubi aut nulla funt, aut non nifi gesta excellenter mala. *Ifta* nollent referri hæredes: illa à te fingi, confcientia non patitur. Ex his difficultatibus quomodo se extricabit, ut fimul Deo placeat, & hominibus non difpliceat ?

ad stas conciones audiendas.

7. *Quia*

■

"

Ecclesia Scotiana loc. cit. has adfert rationes,

Non ignoramus, inquiunt, aliquos concionem funebrem requirere, aut saltem lectionem alicujus textus scripturæ, ut viventes commonefiant, „quod fint mortales, & ipfis fimiliter moriendum fit. Sed tales intelli„gant, conciones quas quotidie habemus isti ufui infervire; quas fi homi„nes contemnant, potius superstitionem alent, & fallam opinionem (*Papisticam* (cil. de quâ fupra *dictum* erat), quam ejuſmodi homines ad piam pro„ prii sui status considerationem adducent. Adde, quod Ministri aut maxi„ mam partem occupati erunt circa conciones funebres, aut perfonarum re„ spectum habebunt; concionantes in funere divitum & *honoratorum*, fed „ tacentes in morte pauperum: quod à Ministris salvâ *confcientia* fieri ne„ quit &c. Putamus etiam respectu diversorum inconvenientium non ita „ decorum effe, ut templa prædicationi verbi & administrationi sacramen„ torum appropriata, fiant loca sepulture &c.

De concionibus funebribus alicubi venalibus, quæ pluris emi dicuntur quam missa pro defunctis, de pulfibus campanarum fimulac quis defunctus est, de primâ terræ injectione à parochio facta; deque cantibus, antiphonis & responsoriis ad fepulcrum, vide *Altare Damascenum* pag. 882. 883. ubi ritus illos exhibet, & examinat. Rationibus

specialibus illic legendis, addit hanc generalem, *Quod nec Sacerdotes, nec Levita, nec Propheta, in mortuorum exequiis co munerefuncti fint.* Cui subijcit has speciales.

دو

Orationes funebres Nazianzeni & aliorum ab Athenienfium more vi., dentur derivatæ. Quimos in republica magis tolerabilis erat ubi Orato., res mortui laudes prædicabant, quàm in Ecclesia. Cum in omni funere non ,, haberentur, patet in Ecclesiam introduci non posse absque invidiosa pro., fopolepsia. Ditiores hoc officio cohonestabuntur, neglectis pauperibus. ,, Nam ad fingulas funerationes non potest concionari. Etfi aliâs ratione ,, dignitatis personarum alios aliis anteponere ei liceret, in ministerio tamen ,, fungendo nihil faceret cum pauperum contumelia. Incumbit *illi quidem* ,, ex officio solari viduas & orphanos, qui tunc temporis maxime egent ,, confolatione. Conciones funebres in Anglia venales funt, *ut olim in pa.,patu mislæ.* Imo pontificii dicunt majoris confutare conciones funebres ,, quam missas. Nam cum 4 denariis misflam compararent, concionem abf., que 4 florenis comparare non poffint; nulli tamen harum concionum ma ,,gis avidi sunt quam pontificii, quia missæ vicem supplere putant. Mercenarius concionator ad prædicandum potius mortui laudes, quàm Dei ,, verbum conductus, iniquiflimum fæneratorem, scortatorem egregium, ,, Dei expertem in mundo, qui ne vel unam forte concionem unquam audi-, verat, sanctorum albo infcribet, & togalugubriaut ampliori mercede pro ,, meriti ratione donabitur.

Parafiticam & mercenariam hanc operam non tantum istic (affirmante autore Altaris *Damafceni*), fed & alibi nonnunquam adhiberi jam pridem didicimus ex illis qui loca illa frequentant, aut inde in Belgium noftrum fedes fuas transferunt. Nec diflimulat *Zepperus lib. 1. Polit. Ecclef. cap. 15.*

Hæc hactenus propofita lectoribus confideranda offerimus: fic tamen - ut magis probando ordinem noftrarum, Gallicarum, Scoticarum Ecclefiarum tanquam βελτίονα & tutiorem, formatâ & ftabilita jam reformatione: non improbemus moderationem *Fr. de Combles*, nec ufum aliarum Ecclesiarum; quæ vel ob initia reformationis, & collectionis Ecclefiarum, vel ob alias rationes, ab iis omnino fine aliquo majori incommodo abstinere nequeunt. Hoc tamen velimus, ut Ministri gratis eafdem habeant, fine mercede aut honorariis: ad omnem πλεονεξίας, & fcandalorum occafionem tollendam. Ita Ecclefiæ peregrinorum in Anglia fub Eduardo VI. illic loci & illo rerum statu, conciones funebres habebant : pariter & quædam Belgicæ, præcipuè in Ducatu Geldrico, usque ad annum 1619. eafdem continuabant ; & nos in extremis Hollandiæ finibus (ubi in vicos quofdam poft annum 1610. reformatio demum introducta fuit), eafdem ad tempus aliquod habuimus, tum ut fuperftitiones Papales in exequiis, homines dedoceremus, tum ut ad conciones Miniftrorum reformationum audiendas eofdem alliceremus. Nec dubito quin ministri fratrum unitatis Bohemicæ illas conciones (de quibus ordo eorum ecclefiasticus cap. *de forma agrotos vifitandi, & mortuos funerandi*) ἀδανῶς habuerint.

* Ad part. 3. §. 6. ad quaft 1.

Vide Tertullianum de *resurrectione cap.* I de epulis illis sepulcralibus Gentilium, earumque superstitioso usu, quas Diis manibus confecerant, & vel ad sepulcrum relinquebant vel comburebant; quas nefas erat alicui attingere: quod iis delectari, aut etiam pasci putarent animas. Alicubi tamen ab ipsis parentantibus epulas comedi folitas colligimus ex Tertull. lib. de testimonio anime cap. 4., Vocas, inquit, porro securos, si quando „ extra portam cum obsoniis & mattalis tibi potius parentans, ad busta „ recedis, aut à bustis dilutior redis. At ego sobriam tuam sententiam exi„go: misellos vocas mortuos, cum de tuo loqueris, cum ab eis longè es. Nam in convivio eorum, quasi præfentibus & conrecumbentibus fortem fuam

Nn

„ fuam exprobrare non possis, debes adulari propter quos lætius vivis. Eundem morem advocat Epiphanius in Ancorato pag. 573. edit. lat. in fol. ut ex eo κατ' ἄνθρωπον probet apud Gentiles aliqua fuisse vestigia seu mavis umbram fidei de resurrectione mortuorum: Veruntamen coguntur à con„fuetudine confiteri mortuorum resurrectionem. Nam ubi profita sunt cor„, pora defunctorum, accedunt & inclamant, nomina proferentes sepulto„ rum mortuorum, *Refurge* (dicentes) tu, comede, & bibe & lætare. Et fiqui„ dem animas illic putant permanere, ubi reliquie mortuorum sepulta sunt, &c. Hunc morem, à Gentilibus ut & alios complures, ad Judæos manasse, ex apocrypho lib. Tobie cap. 4. v. 18. non immerito colligere videmur. Quamvis Lyra, Carthusianus, & recentiores Serrarius ac Fabius Justinianus in commentar. suis ad locum cit. unà cum Turriano ad lib. 4. epistol. Pontificum cap. 13. & Bellarminus lib. 1. de purgatorio cap. 13. exponant de cibis datis in elemosinam pauperibus, & consequenter per elemosinæ meritum in auxilium, satisfactionem, & suffragium animarum. Sed primum pura fuit κακοζηλία receptæ consuetudinis, quæ usque ad Augustini tempora observata, reprehenditur ab eodem *serm.* 15. de *sanctis*; & lib. 6. *confeff.* c. 2. & *conc.* 1. in *Pfal.* 48. & *epist.* 6 4. ad Aurelium. Quod autem antiqui Christiani epulas illas transformarent, & etiamnum *hodie* in Papatu substituant iis apud sepulcra agaps (uti testatur Pamelius in notis ad Tertull. de testimonio anime cap. 4.) & mentas pauperum : illud postea superstitiose isti observationi ita affectum, & excogitato *commento* (loquor stylo indicis expurgatorii Belgici, tit. Bertramus) apologiæ & observationi moris illius datum fuit: juxta acaconicam regulam. *Sic ars deluditur arte.* Per hanc artem omnes alii Gentilium & Judæorum ritus, immo omnis theologia fabulosa Gentilium, nec minus Ethnico-Judaico Muhammedico Papistici ritus poterunt χριστιανίζεαι : & sic juvabuntur Nicodemitæ, Neutrales, Libertini, carnales syncretistæ; atque ultima manus catalogo martyrum ac confessorum imposta erit. Quod ad suffragia pro animabus defunctorum, quæ Pamelius diffimulat & Fabianus alique citati exfertè afferunt, ea alibi solidis argumentis exploduntur. Et datis iis, non concessis, quid opus est contra prohibitionem Christi *Math.* 6. v. 2. palam ad sepulcra aut super sepulcris cibum & potum ponere, & ibi pauperibus distribuere, atque hoc modo specie aliquâ cum Gentilium ritibus symbolizare Quæro, si clam

eleemofynas multas intentione Papificâ pro animâ defuncti largirentur, an fruftra laborarent ?

Nec prætereundum, quod convivia quæ post deductionem funeris in domo emortuali à ditioribus non tantum, fed & mediocris fortis, quin & pauperibus Papistis celebrantur, minime vocari poflunt, agapa & mensa pauperum. Concludimus nihil aliud effe, quam ritum Gentilem, inde primum per ple.

plebem, postea perquam cæcorum aut ignavorum clericorum tolerantiam, denique per approbationem & canonizationem Papatus, usque ad nostra tempora devolutum. Cum ritu antiquorum Ethnicorum comparari potest ritus Samogitarum, Sudinorum, Curonenfium, Lithuanorum; quos Joh. Meletius in epift. ad Georg. Sabinum (inferta tract. Joh. Laficii de religione, &c. Rußorum, Tartarorum Spira anno 1582. in 4. apud Bern. D'Albinum) ita defcribit pag. 262.

■

In funeribus hic fervatur ritus à rufticanis: defunctorum cadavera veftibus & calceis induuntur & erecta locantur fuper fellam, cui afsidentes „illorum propinqui, perpotant ac helluantur, epota cerevisia, fit lamenta, „tio funebris, quæ in lingua Rutenica fic fonat Ha le le/ le lep procz ty .. mene bmarl? ij za tij nie miel sito pefty albo pity? pretz tij vmarl? Ha le le le le ij za tij nie miel krasz ije mlodzice ? ij prorz tij vmari ? Ideft, „Hei, heimih. Quare mortuuses? Num tibi deerat efca aut potus? Quare „, ergò mortuus es? Hei hei mihi: An non habuisti formofam conjugem? „, Quare ergo mortuus es? &c. Hoc modo lamentantes enumerant or, „dine omnia externa illius bona, cujus mortem deplorant: nempe, liberos, oves, boves, equos, anseres, gallinas, &c. Ad quæ fingula respondent, „occinunt hanc Nænam, Cur ergò mortuus es, qui hæc habebas ?

دو

■

■

Post lamentationem dantur cadaveri munufcula, nempe, mulieri fila „, cum acu : viro linteolum, idque ejus collo implicatur. Cum ad sepultu,ram effertur cadaver, plerique in equis funus profequuntur, & currum „, obequitant quo cadaver vehitur: eductisque gladiis, verberant auras, vo, „cifferantes Gep gepthe begapthe pech elle. id eft, aufugite vos dæmones „, in infernum. Qui funus mortuo faciunt, nummos projiciunt in sepul,chrum, tanquam viatico mortuum profequentes. Collocant quoque pa, „nem, & lagenam cerevifiæ plenam ad caput cadaveris in fepulchrum il, „lati, ne anima vel sitiatur vel efuriat. Uxor mane & vefperi, oriente & occidente sole, fuper extincti conjugis fepulchrum sedens vel jacens, lamen, „tatur diebus triginta. Cognati verò ineunt Convivia die tertio, sexto, „, nono, & quadregimo, A Funere. Ad que convivia animam defuncti „, invitant, precantes ante januam. In his conviviis, quibus mortuo

paren,, tant, tacitè affident mensæ tanquam muti, nec utuntur cultris. Ad men,, sam verò ministrant duæ mulieres, que hofpitibus cibum apponunt, nullo ,, etiam cultello utentes. Singuli de unoquoque ferculo aliquid fub mensam jaciunt, quo animam pasci credunt, eisquepotum effundunt. Si quid fortè deciderit de mensa in terram, id non tollunt, fed defertis (ut ipfi lo,, quuntur) animabus relinquunt, manducandum, quæ nullos habent vel >> cognatos vel amicos viventes, à quibus excipiantur convivio. Peracto

■

Nn2

prandio, ,,prandio, sacrificulus furgit de mensa, ac fcopis domum purgat. animasque ,,mortuorum cum pulvere ejicit, tanquam pulices, atque his precatur ver,, bis, ut è domo recedant. *Lelp/ Pily* duciffe: nu wen, nu wen: hoc eft, edi,, stis ac bibistis animæ dilectæ, ite foras. Post hæc incipiunt convivæ inter ,, fe colloqui & certare poculis. Mulieres viris præbibunt & viri vicissim mu,, lieribus, seque mutuo ofculantur.

De Japoniis testatur Carolinus in hodierno Gentilismo linguâ nostrate anno 166 1. *edito* pag. 2 1 3.2 15. quod pueri quotidie fepulcrum vifitent, spargendo rosas, & aquam calidam apponendo, quâ defunctus fitim restinguat. Quodque alias quafdam vestes sericas comburant, ut defuncto de vestibus profpectum fit. Jefuita Franc. Soliers lib. 1. bistor. ecclesiast. Japonia cap. 14. num. 218. fcribit, de duabus mensis omni ciborum genere instructis, usque ad pretium 40. aut 50. scutorum (gallicè *escus*): sed non addit quid de cibo illo fiat, an istic relinquatur ab hominibus, an ab igni, quo cadaver comburitur, ablumatur. Plures alios funerum ritus, *Papisticis* admodum fimiles, ibidem legat, cui vacat.

Ad quaft. 3.

Non immerito hæc quæstio proponitur: quod hic Ultrajecti malum illud bene (uti videtur) pofitum, hactenus loco motum non eft; movendum. tamen speramus, pofit tam multa quæ non minus bene posita videbantur, fuccessivè intra paucos annos loco mota. Maximum obstaculum videtur. voluntas tefatorum, & contestatio hæredum, fi qui superfint, etiamnum antiquæ fuperftitioni addicti. At quam multa funt, quæ eo modo ac fine nunc non fiunt, quo tefatores ea fieri voluerunt. Neque enim anniversaria. defunctorum, nec aliæ quæcunque mislæ aut preces in templis *aut* piis domibus publicè celebrantur: redivis nihilominus in pios ufus analogos aut proximè fimiles refervatis & erogatis? Neque enim fentimus hominum minimè pauperum prædæ exponendos; aut prætextu confiscationis (quam factam effe nemo hactenus probavit) otiofis & delicatulis, fub pauperum larvâ & título, contra confcientiæ ictus latitantibus, diftribuendos : quod fcilicet ad falsum & fuperftitiofum cultum, nunc per reformationem apud nos abrogatum, à donatoribus legati fint. Sed de hoc infra ex

professo lib. 4. Quod si hæredes aut potter rationes à superstitione desumtas non admittant: hanc faltem per Papisticam suam religionem declinare nequeunt, ex *Math.6. v. 2. 3.* Bosius in Româ subterraneâ lib. 4. cap 34. postquam ex Nazianzeno agapen seu facrum epulum distinxisset in natalitium, funebre, connubiale; & pro funebri adduxisset Origenem in *Job. lib. 3.* subdit: de „ tali agape dicere intendit Hieronymus quando in Epistola ad Eustochium reprehendit ostentationem & vanam gloriam in facienda eleemofyna, „dicendo: *cum* manum egenti porrexerint, buccinant? cum ad agapen voca, „verint, praco *conducitur*. Quamvis autem Bosius ibidem agapas exemplis & autoritatibus aliquot commendare aut faltem defendere conetur : diffimulare, non potuit, quin ex vitis patrum lib. 5. nobis exhiberet contrarium factum Arsenii: cum moriturus esset Abbas Arsenius, delegavit no. bis, dicens; *videte* ne velitis, pro me agapen facere: quoniam si feci ego pro me ipso, id invenio. Quo dicto elidi mihi videtur fructus suffragii quem defunctorum animæ ex iis percipere putantur. Quidquid autem fit de suffragio (de quo alibi disputandum), faltem Hieronymi testimonio cit. arguitur publica illa ante ora quorumvis, juxta voluntates testatorum, eleemofynarum distributio. Quod *Bosius* ibidem pag. 646. ex vita Thaumaturgi, Nazianzeni oratione ad Nyssenum, Theodoro, Evagrio, allato discrimine inter Ethnicorum convivia & agapas Christianorum, harum permiffionem & celebrationem defendere se putat, id frustra est. Talem enim substitutionem *quid* pro *quo*, quamvis veteres malo bene posito affinixerint, minime tamen in eo secuti sunt Paulum: *Cor. 8. & 10.* qui artem arte deludere non docuit.

Ad S. 7. quest. 1.

De luctu præter autores cit. vide & alios à nobis adductos lib. 2. politice ecclef. tract. 4. cap. 2. p. 979. & *feqq.* Iis nunc addimus, ex antiquariis & philologis *Gutherum* lib. 1. cap. 14. & 23. lib. 3. c. 28. 29. 30. Bellonium lib. 2. de funere medicato cap. 14. 15. Ex theologis commentar. in *Genef. 50. Actor. 9. Math. 9. v. 2. 3.* Ubi post omnes & supra omnes ritum hunc à Gentilibus assumptum explicat *Joh. Lightfoot* in horis Hebr. & Thalmud.; Aretium *part. 1. problemat.* Fabium Justinianum in Tobiam p. 479. Filesacum lib. 3. selector. p. 258 Tractatum Thalmudi à *recentioribus adjectum* *תביתו רב* id est, *luctus* magnus, ubi de ceremoniis quibus mortui lugendi. Hodiernorum Judæorum morem & ritus describit *Buxdorfius* in *jynagoga* cap. 35. Vide & Hieronymum tom. 1. in epist. ad Paulam super obitu Blajella : ubi de moderando & abrumpendo luctu. De quo etiam comment. ad 1 *Theß. 4.*

Ai! quest. 2.

De fignis luctus, vestibus Calvinus in epistolis, pag. 472. edit. Genev. in *fol.* Antehac in Papatu cucullos lugubres (vernaculè *Qupl-cobels*) à propinquis funus deducuntibus, & pallæ *latæ* (vernaculè *faeljen*) adhiberi solent. De *castris doloris* in funere principum & magnatum per Jesuitas adornatis, subinde inde um fecerunt novellæ & Mercurii.

De diebus luctus comment. ad *Genef. 50.* Fab. Justinianus in Tobiam Pag. 467.

Ad §. 8. quaft. 2.

Hic nihil habemus addendum, nisi grammaticum hoc, quod fecundum Servium *pyra* diceretur strues lignorum ad cadaver cremandum: *rogus*, cum jam funus ardere cœperit: *buftum*, cum jam exuftum aut femi-ustum: sed rogum à pyra non differre vult *Gatherius lib. 1. c. 26.* Quem vide, fi placet.

Ad §. 8. quaft. 3.

De cultu reliquiarum alibi difputantes si quis audire velit, adeat autores à collega τῶ μακαρίτη indicatos. De apotheofi mortuorum, apud Gentiles, & cultu eorum tanquam Deorum ex hiftoriis nimis notum est: quod quomodo fecunda bestia imitata fit, exposui in 3. *part. fel. difpp. tit. de canonizatione sanctorum.* De Imperatoris Adriani Antinoo, Justinus Martyr apolog. ad Antoninum Pium: *quem* cuncti per timorem tanquam Deum colere cœperunt. Epiphanius in epit. cathol. fidei, notat *Antinoi delubra*, & que in eis fiunt *mysteria*. Ælius Spartianus in Adriano: Et Graci quidem volente Adriano eum confecraverunt, oracula per eum dari afferentes, que Adrianus ipse compofuiffe jactatur. Videat, cui vacat, *Cafauboni* & *Salmafii* notas ad loc. cit. & Joh. Langum in notis ad Juftini loc. *cit.* Fanaticum hunc Ethnicismum fapiunt infcriptiones sepulcrales *Dis* manibus. Propius ad sacrum & religiofum fepulcrorum & mortuorum statum explicandum, accedere videtur, illud Epiphanius in Ancorato, Reges, inquit, & tyranni cru., deliffimi, cum admatos quofdam habuiffent, cosque in terrâ fepeliiffent, „ &c. propter suam in eos benevolentiam, *fepulcra* ipsorum prætextu non bono, per seductionem vita subditos cives colere praceperunt: quemadmo., dum Antinous, &c.

Ad quaft. 4.

Agimus de Offariis in difp. de templis à collega hic cit., quam infra lib. 4. inferimus.

* Appendix paralipomenon de Sepultura.

DE Libitinariis & Pollinctoribus, & vefpillonibus, &c. Libitinarii funt, qui lo

cant aut vendunt ea, quæ ad pompam funebrem funt neceffaria. *Pollinctores*, qui abluunt & unguunt cadavera. *Vefpillones*, qui ad sepulcrum deferunt in illud immittunt, & in terram defodiunt. *Nonius Marcellus* generalius exponit *pollinctores*, de iis, qui mortuos curant. *Vefpillo* in gloflario Ifidori, & in Excerptis Pythæanis exponitur *fepulcrorum violator*. Quod puto ita accipi, uti apud Virgilium, *Quid domini facient, audent cum talia fures*, id eft, *servi*. Dicuntur enim non raro à vespillonibus fepulcra spoliari. Unde

in epigrammate græco, Ἰκτρὸς Κραλέας κὶ Δάμων ενταφιασῆς, &c. quod totum exhibeo in *differtatione de termino vita*.

In Papatu ordo quidam vespillonum est, quos nostro idiomate appellant Celle-Broeders, vestiti tunica linea, cucullione, & pallio atrii coloris: notante Hospiniano de Monachis cap. 70. in fine. Præfata erant planctus principes, non doloris: fœminæ ad plangendum conductæ, quæ dant cæteris modum plangendi, quasi ad id præfectæ. Sic Festus. Addit Nonius Marcellus, *ut & flerent, & fortia facta laudarent*. Horatius in arte poëticâ, Ut qui conducti plorant in funere dicunt, Et *faciunt* prope plura dolentibus ex *animo*. Similem vacuam observationem à Gentilibus ad Judeos tranfiiffe, videmur colligere ex *Jerem.9.v.17. Math.9.v.23*.

Funera gr. θρηνήτρια, πενθερά feu *funerea* apud Servium in *Æneid. 9.* ad quam pertinebat luctus seu dolor; quales mater, foror. Notum est ex Cicerone de senectute vulgatum Ennii distichon: *Nemo me lacrumis decoret, neque funera fletum Faxit*, &c. Masculinum πενθερός similiter significat non tantum fœcerum, sed omnem dictum affinem ad quem pertinebat luctus: uti observatum à *Scaligero* in notis ad *disticha Catonis* pag.89.

Lecticarii, & *fandapilarii*; quorum illi à lecticâ feu feretro (gr. φερέτωρ) honoratiorum, isti à scapula, feu feretro viliorum denominantur.

Cuſtodes cadaverum, qui ad mortui cadaver pernoctabant. L. & si quis §. impenſa D. de relig. Quibus in Papatu succeslerunt vigiles, tum viri tum fœminæ, qui in loco illo, ubi cadaver repositum vigilantes pernoctant. Adde *buftuarios* & *Ustores*. Atque hi omnes familia libitinariorum continebantur: exceptis funeris; ut dictum est.

De lotione cadaverum. Apud Gentiles eam ufitatam fuiffe, discimus ex autoribus à *Gutherio* lib. 1. cap. 13. & 15. *cit.* Et ex Euripide in *Phœniflis*, ubi Creon introducitur Jocastem fororem accersens, ut filium defunctum abluat. Et, Apuleio *Milefiar. 8.* accuratiffimè corpus ablutum unitâ sepulturâ ibidem marito perpetuam conjugem *reddidere*. Et illo jactato Ennii versiculo, Tarquini corpus bona fama lavit & unxit. An tantum ad unctionem ea parare intenderint, (uti affirmat *Gutherius cap.17*) an aliud quid myſtici subfuerit, non ita dixerò: fufpicor tamen aliquid *subfuiffe*, cum aquæ vivæ aspersionem, quâ viventes ad lustrationem utebantur, confidero. Diabolus Dei fœmulus, gnarus per aquam & fanguinem venturum *Mefſiam* (1 *Joh. 5. v. 6.*), & fideles sub V. T. ad expiationes & lustrationes ex mandato Dei eadem adhibuiffe, inania illas inter Gentiles promovit. Videantur de aquâ *Beza* & *Grotius* ad *Math. 27. v. 24*. Quæritur an apud Judæos morem hunc imitati sint, & utrorumque morem Chriftiani, etiam tempore Apostolorum, & deinceps. Utrumque affirmandum videtur, ex *Actor. 9. v. 37*.

ubi exemplum *Tabithæ*. Ad quem textum rectè observat *Gaspar Sanctius* in commentar. pag.208.

Confueverunt omnes ferme gentes mortuorum hominum cadavera lavare. De Græcis probat apud Homerum Patrocli funus. De Latinis Mifeni funus apud Virgilium, & Tarquini apud Ennium. De Hebræis fatis, probat hic locus: & Christum Dominum non solum unctum esse tradit, Chrysof. hom. 84 in Joannem; & videtur colligi posse ex Joanne cap. 19. ubi dicit Christum sepultum esse; sicut mos est Judæis sepelire. At, Judæi mortuos non solum ungebant, sed etiam lavabant.

Potest eum Grotius, & Pricaus testimoniis aliquot adductis idem confirmant. De Christi lotionem quod timidius Sanctius, paulò confidentius Chiffletius de linteis Christi, &c. cap. 4. & Lorinus in Actor. 9. Quorum *Ile* addit ex Metaphraste lacrymis B. virginis plagas Christi emundatas: *ifte*, fordes pretiosas ac mundas ex abluto corpore collectas à Balduino Hierosolymorum rege ad suos Fiandros à Palestina missas fuisse per *abbatem* S. Bertini. Sed excipi posset, datâ lotionem Christi, ex eâ non satis solidè probari morem communem: poterat enim peculiaris ratio hic esse, quod fanguine & vulneribus foedatum esset. In antiquâ Ecclesiâ lotionem obtinuisse, ut & alios ritus πατροπαράδοτες, facile crediderim. Tertullianus apologet. cap. 42. rigere & pallere post lavacrum mortuus possumus. Quod B. Rhenanus de hac lotionem interpretatur. Pontificii etiamnum hodie lotionem illam observant. In ceremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 38. p. 94. a. prescribitur, ut cubicum, larii & familiares ipsius Episcopi defuncti corpus aquâ calida cum vino, & herbis odoriferis lavent & mundent, &c. sed licet corpus non aperiat, omnino agendum & curandum est opportunis remediis, ut fine, tunc usque ad præstitutum tempus sepulturæ servari possit. Quod ad hanc mundationem, addito infuser vino & aromatis, credo ob peculiarem rationem eam requiri, ne ingratus odor eos, qui spectatum, infuser & pedes osculatum veniunt, offendant; quin contra de cadaverum sanctorum fuavilissimo odore (de quo in legendis & vitis sanctorum Papalium, non raro gloriari solent) ex unius atque alterius fubornati, aut forte polyposi testimonio, tanto facilius fidem faciant. Joh. Stephanus Durantus lib. 1. cap. 23. §. 13. lotionem antiquorum & mediorum probat ex *Tertull.* apologet. c. 42. & adversus Gnosticos cap. 7. & ex epistola Dionys. Alexandrini apud Eusebium lib. 7. cap. 17. 22. Gregor. Magno homil. 39. & lib. 5. dialog. c. 17. & lib. c. 27. Beda de exequis S. Guthberti Gregor. Turonenfi lib. de gloria confessor. cap. 104. & in vitis patrum cap. 9. 10. 20. *Eginharto* in vitâ Caroli M. De lotionem Judæis usitata censent *Calvinus* & *Beza* ad Actor. 9. & hic in concionibus de resurrectione pag. 64. 65. 66. quod à patribus per manus tradita esset, effer, ut in morte ipsâ visibilis aliqua resurrectionis imago piorum animos in bonam spem erigeret. *Beza* addit, ad hanc lotionem respicere Apostolum Corinth. 15. Quid facient, qui baptizantur pro mortuis. Uterque etiam reprehendit, quod Christiani post Christi adventum & impletionem, & toleratas primum, postea sepultas ceremonias hanc lotionem imitari voluerint, & Pontificii etiamnum hodie imitentur: *quafi* perpetua esset legalis ceremonia observatio; ut, *Calvinus* loquitur. Sed ego malim lotionis ritum æque ac unctionis alioque funerales ab omni sacro symbolico, mystico, typico abfolvere, & ad consuetudinem

atque imitationem referre. Nihil enim eorum, quæ dicuntur, ex scripturâ certò probari potest.

De spiritus exceptione, oculis, *conclamatione*. Gutherius de his ritibus Gentium *lib. 1. cap. 13.*

De cippis, imaginibus, coronis, aris, sacrificiis, rogi lustratione. Gutherius *lib. 1.64p. 15. 22.27.*

De epitaphiis, titulis, inscriptionibus cantu, *lamentationibus*, epicediis, lessis, naniis, laudationibus. Gutherius *lib. 1. cap. 23. 25. & lib. 2. cap. 26. 27. Antiquas* cipporum inscriptiones à Grutero, aliisque antiquariis collectas habes: Novas à Fr. Ziveertio in selectis orbis Christiani delitiis anno 1608. *Bafileenses* libello peculiari editas anno 1602. à Simone Grundo Ligio tit. Monumentorum Bafileenfium antigrapha. Cippos & inscriptiones Judæorum, aliorumque Orientalium nuper peculiari tract. exhibuit Clariß. Hottingerus. Epitaphia *metrica* in mediocriter spissum volumen in 8. collegit Petrus Andreas Canonbierus. Epitaphia pæne innumera apud recentiores poëtas, Joh. Secundum, Lotichium, Sabinum, Buchananum, Julium, & Jofepum Scaligerum, Heinfiam, Grotium, Barleum, *Huigentum*, aliofque invenies. Demo. do confcribendi epitaphia scriptores de re poëticâ *Jul. Caf. Scaliger, Voffius, Jac. Pontanus, Greffen es.* Quandoquidem hodie nihil magis pervulgatum, quam scriptio epitaphiorum, non abfurde hic quæritur, cur Concil Toletanum 3. (a 600.) *can. 2 1.* sic statuerit : „ Funebre carmen quod vulgo de, functis cantari solet, vel in pectoribus se, *aut* proximos, aut familias cæ,, dere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quòd in spe resurrectionis „Christianorum, corporibus famulatus divinorum impenditur cantico rum. Prohibet enim nos Apoftolus sanctos lugere defunctos, dicens: De dormientibus autem novo vos contristari, ficut & cæteri qui spem non „habent. Dominus non flevit Lazarum mortuum, sed ad hujus vitæ ærumnas ploravit suscitandum. Si autem potest hoc episcopus omnibus „Christianis prohibere, non moretur agere: religiosi autem omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim. Christianorum per omnem mun,, dum humari oportet corpora defunctorum. *Refp.* non omne funebre car

■

■

■

0.

men,

men, led *quod tunc vulgo defunctis cantari solet probiberi*; nullum aliud erat, quam quod ad imitationem Gentilium, luctum ciebant, & fuper fidelibus in domino defunctis eas fundebant querelas, quæ fidei & spei Christianæ mi. nimè conveniebant; quin &

fatum seu Dei voluntatem & providentiam, in. iustitiæ, aut invidiæ accusabant ; & cum Deo aut Diis expostulabant: Quali ferè stylo etiam hodie nonnulli inepti Gentilis theologiæ & poësiæ imitatores utuntur. Lamentationes ergo, seu lessos seu threnos ejusmodi prohibebant, qui luctum Gentilium (1 *Theff.* 4.) saperent. Qualis autem Gentilium luctus fuerit, disci potest ex autoribus supra indicatis; ubi de luctu, & de præficio: cum quibus hodierni Gentilismi luctus apprimè convenit. Vide Godefr. Carolini hodiernum Gentilismum cap.24.

De ludis, & spectaculis gladiatoriiis in funere exhibitis. Gutherius *lib.* 1. cap. 27. Quales autem fuerint ludi in funere exhibiti compendio difces ex Rofino & Demstero *lib.* 5. *antiquit. Romanar.* cap. 24. de manibus & animabus defunctorum sanguine placandis, inque eum finem *mactatis* hominibus, & tandem infitutis gladiatorum pugnis ad bustum (qui ideo dicti buftuarii) Rofin. & Demster. *ibid.* cap.cit. Sed de abominandis gladiatorum pugnis & spectaculis plenissimè omnium J. Lipfius in tract. cui tit. *Saturnalia*. Huc referri possunt hodiernorum Gentilium spontanea ad bustum homicidia : ubi maximè cari & propinqui, præfertim uxores defunctorumia rogam infiliunt, aut peculiarem fibi rogam parant, quo in cineres redigantur, de quo ex variis itinerariis, Carolinus cap. cit. Hæc à dæmonum facerdotibus & ab ipso dæmone formâ deaftri, aut defuncti alicujus apparente, miferi illi docentur spæfactâ, quod in alterâ vitâ cum maritis suis diu feliciterque vivent. Ad hanc religionem diabolicam pertinent sacrificia humana ubique fere apud Gentiles frequentata; quos Ifraelitæ imitabantur, cariffima pignora in sacrificium offerendo. Vide *Pfal.* 106. v.37.38. *Levitic.* 18.1.21. *Deuter.* 12.1.31. 2 *Reg.* 16. v. 3. & 17. v. 17. & 21.v.6. 2 *Paral.* 28. v. 3. & 33. v. 6. Gentes, quæ humanas hostias obtulerunt, & autores qui hoc referunt, ex parte indicantur à *Grotio* in annotatis ad *lib.* 2. de verit. relig. *Christ.* pag. 86. edit. *in fol.* & uberius in *lib.* de satisfatione *Christi* cap. 10. pag. 144. & feqq. *edit. in 4.* De liberorum oblatione facta Molocho *Seldenus* (*yntagm.* 1. de *DI*s *Syrus* cap. 6. Plenissimè & Gentium, & autorum, etiam eorum qui inter Gentiles facrificia hæc *improbarunt.* indicium factum est à *Serrario* in *Judic.* 1 1. & post eum à *Lorino* in *Pf.* 106. (ipfi 105.) v. 37. ubi citat *Pinedam* aliofque.

De feris denicalibus & novendialibus. Gutherius *lib.* 1. cap. 16. Novendiales aliquâ ex parte diu inter Christianos servatas *ibid.* colligit ex *Iuftiniani* novella c. 115. & ab *Augustino* hanc veterem superstitionem argui, in quest. super *Genef.* *Nescio*, inquit, *utrum* inveneniatur alicui fanctorum in fcripturis celebratum esse luctum noveno dierum, quod apud Latinos no. vendial appellatur. Plura de superstitione novendiali, vide *ibid.*

De inferiis & aniversario mortuorum facrificio. Gutherius *lib.* 2. cap. 11. Cum his confer tricesima & anniversaria *Papatus*, de quibus in *Rituali tit.* de officio defunctorum, & *Joh. Steph.* Durantum.

De precibus in mortuorum memoriam fufis. Gutherius lib. 2. cap. 13. Confer Pontificiorum preces & fuffragia pro defunctis; eorundemque octavum, tricefimum, anniversarium.

-De confecratione, & divinis honoribus. Gutherius lib.2.cap.4. 5. 6. De origine & causâ apotheosios optime *Lactantius lib. 1. §. 15.* ex recentioribus Kirchmannus de *funeribus*. Nos *part. 3. fel. difpp. tit. de canonizatione fanctorum apotheosios Papales* explicuimus. *Ibidem pag. 534.* nonnulla notamus, de ufu vocis Divi.

De sepulcrorum titulis, ornamentis, munimentis, appensis infignibus, vexillis, &c. Gutherius lib. 2. cap. 27. titulos in tres species dispescit, *ad honorem*, ad infamiam, *ridiculos*. Exempla fingulorum invenies in antiquis in infcriptionibus *Gruteri*, quarum auctaria nunc Romæ, & alicubi in Germania parari audio. Novas dedit *Fr. Zweertius*, & *Balleenfes* (upra cit.

De ornamentis & mumentis. Gutherius lib. 2. c. 28. 29. 30. Sed horum variantes species, formas, materiam, pretia apud gentes antiquas, hodiernas quis enumeret ?

De appensis infignibus, vexillis armis, &c. in fepultura nobilium, & militarium heroum ac præfactorum hodie ufitatis, non eft quod dicam : cum templa jam publica & honoraria defunctorum receptacula fint. Lavaterus in libello de ritibus & infitutis Ecclefie Tigurinæ cap. 6. *Vexilla* quoque & alia anathemata ex templa fublata funt.

De cenotaphiis, & imaginaria fepultura. Quæ fiebat circa absentium corpora: fcil. inferiis peractis (de quarum modo, *Virgil. Eneid. 3.* in defcriptione (olennis *fepultura Polydori*) cenotaphium extruebatur. A quo diftingui debet tumulus honorarius, ritè fepultis in super excitatus, quo eorum memoria amplius celebraretur. Hic referri poffunt imagines & ftatuæ, ac familia monumenta istic & pluribus in locis excitata. Vide hæc explicata à Gutherio lib. 2. cap. 17. 18.

Imaginarium funus *erat*, cum alicui jam dudum defuncto & fepulto honoris causâ imaginarium funus ducitur. Ejus defcriptio in exemplo Pertinacis fusè exhibetur à *Gutherio lib. 2. cap. 2.* Gentilium inanias seu vacua monumenta secuti videntur (quamvis forte non passibus æquis) qui inter Christianos ejusmodi infcriptiones fepulcrales pofuere, qualis Bru

002

genfis

„genfis illa apud Zweertium in deliciis pag. 503. Adfta parumper bospes, & „pios jube manes *havere*. Hic fitus est N. V. JO AN. A PAMELE, &c. „, quorum monumentum,

non sepulcrum est lapis quem vides. Carpzovius lib.2. Jurisprud. confistorialis tit. 24. *definit.* 39. magnatibus & nobilibus cenotaphia & monumenta honoraria, cum appensis vexillis ob consuetudinem nec repugnante jure concedenda putat. Sed per cenotaphia non puto eum intelligere, qualia nos, sepulcra scilicet. cadaveribus vacua.

■

De larvatis funeribus. Vocabantur talia, cum cadaveribus vel mutilis vel deformibus substituebantur larvæ eorum faciem repræsentantes vel ipsa gypso aliove tectorio, aut vestibus involuta ac tecta oculis spectantium exhibenda efferebantur, aut transferebantur. De his vide Camerarii horas subsecivas centur...cap.96.

De sepultura vivorum, exhumatione, iteratâ *sepultura*. Supra suo loco, de iis aliqua notavimus: ubi omnia memorabilis historia Dionysii Halicarnaslei lib. 2. antiquit. Romanar. *Vestales* virgines stupratae fuerint fœdissimo & maximè miserabili traduntur supplicio. Viva enim funebri pompa efferebantur amicis ac cognatis lecticam profrequentibus; delataque ad Collatinam portam extra muros *in subterranea cellâ sepeliebantur*. Quod si carum negligentia ignis Vestæ extinctus esset, flagris cædebantur, testibus *Livio lib. 8.* & Val. Maximo lib.x.cap.r.

■

De confraternitate sepultura. Hujus supra tit. de libitinariis, debuiflem meminisse. Romæ primum instituta fuit illa confraternitas à Crescentio Sylva presbytero Senensi, sub Julio 3. anno 1558. teste Camillo Fanucci Senensi in tract. Italico de pris operibus orbis Rome a. 1601. lib. 3. *cap.* 29. Erectæ confraternitatis talis exstat descriptio in Bullâ Pii 4. anno 1560. quæ eam & ordinationes ejusdem approbat, atque infuper privilegiis indultis, & indulgentiis donat., Descriptio, quam ex bullâ colligimus, talis est: con., fraternitas orationis & mortis, ad orationem 40. horarum mense quolibet peragendam, & pauperum defunctorum corpora dicenter sepelienda, ,, & quolibet mense pro animabus confratrum, & eorum, quorum corpora ab ipsis humata sunt, anniversarium celebrandum, aliaque pia opera exercenda. *Fanuccius loc. cit.* refert occasionem erectæ fraternitatis ; & addit, eam à Julio 3. confirmatam, seque simpliciter nominasse *confraternitatem* mortis: sed cum Papa animadverteret nomen illud esse horridum & odiosum, imposuit, ut orationem 40. horarum fingulis mensibus faceret, & se nominaret fraternitatem orationis, aliter mortis : quo nomine nunc in omnibus scriptis appellatur; quamvis compendii causâ vulgò dicatur *mortis*. Pia opera, gesta, & statuta hujus fraternitatis legat ibid. si cui hoc tanti est.

De loco sepultura, adhuc plura in fingulis nationibus, territoriis, civitatibus observari possunt: sed quia pleraque sunt adiaphora, non est quod iis enarrandis immoremur.

De ritibus partim adiaphoris, partim otiosis, partim superstitiosis; qui apud Gentiles, Pontificios, Protestantibus & reformatos, adhibentur infinitum esset disquirere : siquidem

iis analogicè applicari poffet illud Jerem. 2.v.28. Secundum numerum quippe civitatum tuarum fuerunt dii tui Jehuda. Et quidni secundum numerum vicorum, regionum, suburbiorum unius ejuldemque civitatis? De recentium Judæorum partim vacuis partim superstitiosis observationibus *Buxdorf.* in synag. c. 35. Quisque minister in loco ministerii sui ad omnia quæ fiunt attendat, eaque ad verbum Dei examinet, an sint adiaphora, an facta otiosa, an superstitiosa, sive directe, sive indirectè. Quibus infervire poffint regulæ à nobis positæ in 3. part. fel. dispp. tit. de Idololatria indirectâ, & de superstitione.

De tempore sepulture, ista queri possent.

1. Quo die mortui sepeliendi?
2. Quoto die?

3. Qua parte diei?

1. Quæst. Quo die, fasto an nefasto, Lune, an Martis, &c. *Resp.* Nullum Christianis discrimen est dierum: excepto dominico, quo solennicultui divino est vacandum. In hac urbe antehac magnam partem deductiones funerum referebantur in diem dominicum: nullâ alia, ut puto, de causâ, quam ut plures die illo ab operibus ordinariis vacivo, funus comitarentur. Sed quia præfertim in funere ditiorum & potentiorum, maxime Pontificiorum tum strepitu campanarum, tum operoso & pompatico apparatu, tum opiparis & frequentioribus conviviis funeralibus sanctificatio sabbathi immane quantum impediabatur: piè & prudenter funerum deductiones ab ampliff. Senatu prohibitæ sunt; ne scilicet per mortuos viventium devotio & exercitia pietatis detrimenti quid caperent. Et hæc inter alias una est, ex illis, quas vocant, novitatibus, & apostasiis à moribus πατροπαράδοτης, quas per concionatorum quorundam instructiones & adhortationes posterioribus annis introductas vociferantur partim religioni nostræ minus faventes aut neutrales, partim ignorantes aut falsi fratres; quibus fit illud

- Moribus antiquis res stat Romana, virisque.

Cum interea non pauca Apostolicæ & primæ reformationis nostræ antiqua antiquari æquo animo patiantur, immo & velint, curent, fatagant, ubicun que poflunt. Audiant Apocal.2.v.4. *Sed habeo adverbum* te, quod caritatem tuam primam omiferis. Dierum, sepulture, aliisque negotiis humanis fasto

O o 3 rum

rum aut nefastorum, seu atrorum, nulla nunc apud nos conscientia superesse debet. De quo monuimus 3. part. fel. dispp. tit. de superstitione pag. 130. Quivis dies feligi potest: ne dominico quidem excepto, si necessitas requirat; siquidem nulla opera servilia tali in casu sunt illicita *Math.* 12.2.3.- 14. Luc. 13. v. 14.-17.

2. Quast. Quoto die? *Refp.* tempus definitum præfigi nequit. Indefinitè interim moneri debemus, in exceflu tam diu non differendam sepulturam, utcadavera fætoresuo viventibus noceant: nifi forte medicatione, (de quâ fupra) & conditurâ aliquâ, aut saliturâ preveniatur. Omnes condituras, exenterationem, & falituram dierum 30. usque ad 70. olim requifita fuisse, nec licuisse diutius salire, vide observatum à Chifletio cap.2. Ab altera parte in defectu tam festinata sepultura non fit, ut dubium fit de morte; & eveniat illud, quod aliquando evenifle, exemplis quibufdam comprobatum eft. Cornmannus in lib. de miraculis mortuorum cap. 56. refert epigramma *Jani Vitalis*, de *Joh. Duns Scoto* ante obitum sepulto & in sepulcro demum mortuo

Quod nulli unquam hominum accidit viator,
Hic Scotus jaceo, semel sepultus,
Et bis mortuus ; omnibus sophistis
Argutus magis atque captiofus.

De eodem *Scoto* per profundas & intentas meditationes in ecstasim subinde prolapso, idem refert *Paulus Jovius* in elogiis, & *Poßevinus* in apparatu. Qui pofterior quamvis fateatur eum à plerisque existimari vivum *fuisse* humatum; ibidem tamen addit, eum apoplexia correptum obiisse a. 1 308. Sed forte infortunium hoc excogitato de morte ex apoplexiâ commento fratres cœnobitæ, qui festinatæ hujus sepulture autores fuerant, concealare voluerunt. Memini me plura exempla semi-mortuorum, ante mortem sepultorum, aut alias pro mortuis habitorum, quamvis nondum sepultorum; partim legiffe, partim audivisse: quorum aliqui restituti funt; aliqui ex certis indiciis (ex violento scil. capitis, manuum, pedum ad capulum impulsu non sine vulneribus & ex effracto aut perfracto ex parte capulo) aliquamdiu post aperto sepulcro, ibi adhuc vixiffe, & expiraffe deprehenfi sunt. Memorabile est exemplum apud *Thuanum* Herois illius militaris, *qui* in bello civili Gallico multis vulneribus pertufus inter mortuos *projectus*, in terram defoffus, tandem tamen à famulo quæfitus, refossus, & *fic* paulatim sanitati restitutus fuit. Memorantur exempla aliquorum *qui* grassante peste inter densata funera sine pompa, sine spectatoribus, sine funeris deductoribus, sine testibus (uti antehac id fieri folet) in sepulcrum illati, poftea inde educti sint, aut ipsi redierint. Christina Poniatovia virgo Bohema in ecstafi-

ecstasibus fuis anno 1627. 1628. visa fuit astantibus agonizare, & expirare: uti mihi à duobus testibus oculatis (quorum alter adhuc hodie, dum hæc fcribo, in fæculo est; alter an supersit ignoro) mihi narratum eft. Exstat hemerologium ecstasean & revelationum *Christinæ* anno 1632. in 16. editum, & poftea anno 1658. cum aliis quibufdam revelationibus tit. *lux in tenebris*, recufum.

Et *ratio eft*, quod sensus, motus, respiratio in fæminis hystericâ passione, aut in hominibus ecstasi aliquâ five naturali sive diabolicâ, aut fyncope aut catalepsi correptis,

ab astantibus percipi nequeat: ita ut tales aliquando tanquam mortui sepulti fint. Hinc volunt morem illum apud Romanos introductum, ut expirantes aquâ calidâ lavarent, & per intervalla conclamarent, ut si quid vitalis spiritus adhuc delitefceret, eum expergefacerent. Vide *Servium* in *Æneid.* 6. Propertium, *Senecam*, Lucanum, Aufonium de hac conclamatione citatos apud Cornmannum cap. 56. Ubi habet quendam pyræ impositum adhibitis ignibus erectum esse. Refertur alicubi facinorofum in furcâ strangulatum, & postea anatomicorum cultro subjectum, per sensum sectionis ex syncope suâ quasi revixiffe. Clariff. vir Justus Lyraus ὁ μακαρίτης, collega nofter cum viveret, & hiftoriarum atque humaniorum literarum in hâc Academiâ professor mihi aliifque narrare folet se Middelburgi gymna. sii Rectorem agente, facinorofum quem ante prandium ibi fufpenfum, & fine ullo motu aut vitæ indicis in furcâ ufque ad horam, ni fallor, quartam pomeridianam, pendentem, visum à pueris illic fortè ludentibus alterum crus movisse ac paululum attraxiffe : Quo audito & viso à fociis quibuldam navalibus, unum ex illis ilico in patibulum ascendiffe, & laqueum per festinationem & trepidationem abscidisse: quo factum ut fufpenfus ille decidens graviflimo capitis vulnere afflictus fit; ex quo, in publico nofocomio, quo delatus fuerat, ibique ut poterat curatus, & ufui rationis ac fermonis restitutus, triduo post difcefferit. Ita ut non immerito, tempus ali. quod inter mortem & sepulturam intercedere,debeat: ne per errorem vivos, sepeliri contingat. Quantum autem temporis præfigendum fit, positive, seu quod fit (ita loquar cum phyficis de quantitate cujuscunque speciei corporum quærentibus) non ita defeniri potest: facilius forte negativè, teu quod non. Paulus *Zachias* in quæftionibus Medico legalibus *lib. 4 tit. 1.* queft. 10. §. 28. Idcirco is terminus (tridui fcil.) assignatur à medicis exspe., ctandus in quibusdam, qui ob morborum vim veluti mortui jacent, & ,, ab ipfis verè mortuis non diftinguuntur. *Ibid. quaft x fou ult. §.6.pag. 170.* ,, Cæterùm ad id, quod pertinet ad eos, quosrevixiffe ferunt (si post con., gruum tempus id factum dicant, nam de Ere Pamphilio post decem dies ,, reviviscente fabula mera est) illos non fuiffe verè mortuos, sed potiùs Apo

„Apoplexia, vel confimili morbo detentos, ex quo è vivis excessisse appa., rent, cum tamen adhuc vivant, eo autem morbo ditcusso, manifestè vive,, re cernuntur, & ignorantibus, ac fatuis, idiotisque revixiffe, & à *mortuis* ,, suscitati existimantur, quod ex Ariftot. probat *Licetus* de spontan.viven, ort..

■

lib. 4. cap. 5. at in Medicina facienda hec non adeò de rarò eveniunt, ut ,, multam admirationem nobis incutiant; non tamen id firmari poffet ,, quodocunque, sed congruo tantùm tempore, ut dixi, nempe in fratres dies à putativa morte; nam supra hunc terminum difficilimum, & for,, tassè etiam impossibile est, hominem naturaliter revivifcere ob rationem, ,,de qua infra. Unde non sine mysterio Lazarus post quam fufcitatus est, ,,adinfinuandam nempe omnes vitæ terminos in eo præterisse, ne du ,bium aliquod intercedere poffet, quod non efllet mortuus, sed Apo,, plexia, aut

hujusmodi aliquo morbo detentus; quin & in eo mortis manifesta, nefertissima jam signa erant conspicua, foetebat enim jam, & corruptionem patiebatur.

”

”

دو

Ibid. §.44-5.7. pag. 181-187. Circa tertium dicendum videtur, quod ultra terminum trium dierum, cum tanto morbo, qui hominem quoad nos sensu, & motu privet, vitam esse superstitem pro impossibili fit existimandum, & hoc dico universaliter loquendo de omnibus praedictis morbis, quia si ad particulares casus deveniamus, de Syncopi aliter sentient, dum, ut supra innuimus, terminumque breviorum circumscribendum, cenfeo, quia syncopis est ipsa mors. Dicitur enim dissolutio nexus Naturae

”

”

ab Aretaeo, unde convertuntur Mors, & Syncopis, cum utraque dissolutio nexus Naturae fit, & Syncopis nihil aliud fit, quam terminus Syncopis, seu Syncopis confirmata Gerard. Cremonens. ex quo Vallesc. ubi „supra. Unde bene idem Vallesc. & cum eo Duret. in Holler. pract. lib. 1. cap. „, 30. in annotat. neminem mori dixerunt absque Syncopi, ita ut quamvis fortis Apoplexia, & quaelibet suffocatio, etiam ex utero tanti morbi exiti

”

„ stant; non occidunt tamen nisi superveniente Syncopi, ex qua dissolvitur tandem nexus Naturae, & animal interit,

”

”

”

”

Ex quibus multo magis roboratur allata opinio, quod nimirum breviorum

terminum assignare debeamus in Syncopi affectis, ut pro mortuis habeantur, quam in iis, qui Apoplexia, aut consimili morbo detinentur. „, Quid autem differat, & ex quibus potissimum dignoscatur Syncopis à cæteris illis morbis, Medici optime noverunt, quorum testimonia in particularibus adhibenda: duo tamen sunt precipue,

fudores frigidi in ipfa „accessione Syncopis, qui in aliis morbis non comparent, & recordatio „ post acceffionem, quę in Apoplecticis & confimilibus abeft. In cæteris „, ergò morbis tres dies pro termino vivendi affignantur ab omnibus. *Avic.* part. 3. tract. 5. capite 12. *Vallesc. lib. 1. Philonii cap. 19.* in clariff Savonarol in pract. magn. cap. 1. in dub. de Apoplex. & *ibid.* rubr. 10. *Pafchal. libro 1. 2 pract. cap. 13.* in *fin.* Fontanon Pract. *lib. 1. cap. 16.* Lemnius de occult. Nat. mirac. *lib. 2. capite 3.* Cefalpin. art. Medic. libro 5. capite 34. Mercurial. pract. , *lib. 1. cap. 19.* Dominic. Terill. de caus. repent. mort. fect. 6. cap. 2. & alii. Ra,, tionem ejus termini esse voluerunt omnes, humorum motum, tantoe. „, nim, inquit, spacio, nempe horis 72. omnes humores suum motum „, habent, itaque si humores immoti jam consistant, mortis fignum est ex „, ploratissimum; cum eorum enim motu signa vitæ manifesta apparent. . Ego quidquid fit dicendum de hujufmodi humorum motu, non aliam „, caufam agnofco, nisi difficultatem, & impoffibilitatem ulteriùs protra,, hendi vitam cum tam sævo, ac tam valido morbo, ob quam etiam fuper,, vacaneam putat eam tridui expectationem *Fortunat. Fidel. libro 4. Relat. Medic. cap. 1.*

دو

part.3.



دو

Circa quartum denique, Medici cum Galeno loco citato ad nonnulla „, experimenta confugiunt ad dignoscendum, an homo verè mortuus fit, vel „, adhuc vitę aliquam portiunculam conservet, gossipii, seu lanæ tenuissimè „, carptæ flocculum, vel accenfam candelam ori jacentis admovent, & ex „, motu, vel immobilitate flocculi, vel candelæ vitam, aut mortem depre. „, hendi volunt. Vel cyathum aquà plenum fuper ægri pectus imponunt, „, & ex ejus similiter motu vitam explorant: fed has experientias tanquam „, minus tutas refpuit, & parvipendet *Holierius libro 1. cap. 59.* Alii specu,, lum tersissimum ori admovent, quod fi infici, & obfufcari deprehendant, „, vivere adhuc ægrotantem dicunt, fin minus, jam è vivis excessisse. Tutior „, fortassè hec, non omni tamen ex parte. Optassem, ut alia figna, & tutiora » experimenta, si fieri potuisset, adduxissent, sed ultra prædicta, ne verbum „, quidem. Fortassè quia neque aliæ supererant experientiæ, & figna que,, cunque recenferi poterant, minùs tuta animadverterant.



Quomodocunque fit, nonnulla ego hinc inde excerpta subdam, que „, confiderata majorem. & evidentiorum ejus rei cognitionem facere poffunt. Confideranda itaque antè omnia propono accidentia ipsius morbi, „, quo vel detinetur, vel ex quo decessisse præsumitur ægrotus: si enim ea for,, tissima fuerint, ac validissima, & ex eorum

numero, quę magis exitialia ,, judicantur, de vita, quantum est ex hoc, modica aut nulla spes est, ut fi ,, Syncopis absque ulla causa manifesta adveniat, atque illicò æger omni ,, motu, & fenfu etiam pulfus, & respirationis destitutus appareat cum faciei ,, lividitate, cum tenui, ac frigido sudore, pallore, & intensâ partium frigidî,, tate: maximè si antea folebat egrotus frequenter, ac fortiter absque causa » manifesta exfolvi, nam *juxta* Hippocrat.dogmat.2.Aphor.41.tales de repente » moriuntur.

Contrarium tamen his videtur sentire *Mercatus* lib. 1. de intern. morbor. curat.cap. 13. quippè qui docens quando de morte Apoplectici certi effe ,, debeamus, quando verò dubii, dicat, quòd fi in Apoplexia illicò fimul ,, adveniat Syncopis, quod ex respirationis omnimoda abolitione deprehen,, dimus, tunc debeamus expectare, ac dubitare de morte; quod si Synco. ,, pis paulatim adveniens dehinc ita crescat; ut homo amplius non respiret, ,,tunc mortem esse presentem credendum est, ac prudenter quidem hæc ad,,monet. Ceterum in quacunq; suffocatione spuma in ore apparuerit, ,, de morte dehinc major certitudo erit; de his enim dicebat *Hippocr. 2. Aphor. 43.* quòd non amplius in vitam revocantur, & licet hoc fecundum plurimùm, & non semper veritatem habeat, ut Galenus in commento & ,, alii multi docent, illud tamen fati est, hoc esse signum exitialissimum, & » quo apparente perpauca à morte evadunt, & junctum maximè respiratio,, nis deperditioni, seu totali abscissioni, aliisque sævissimis symptomatibus, ,, fortiffimam Apoplexiam, & suffocationem demonftrat, ex qua egros ne, ceffariò quamprimum perire contingar, immò neque ad tertium usque ,, diem perdurare docet experientia, & adnotant auctores omnes *Holler.*



lib. 1. de morb.int. cap. 7. in schol. Piso de morb.cognofc.& curan. lib. cap. 16. ,, & alii. Si præterea facies apparuerit livida, & nigricans, aut viridis mor,, tis signum. *Raf.* 16. contin. tract. primo, capite 1. Aviten. 113. tractat. 2. ,,cap.6. in *fin.* Tales enim caloris suffocati, & extincti jam omninò certum. ,, præbent indicium. Si item præter multa experta ad excitandum egro,,tum, sternutatoria naribus applicita fuerint, & ille non sternutaverit ,, omnium confenfu pro mortuo judicandus. Gordon. in Lilio par. 3. cap. 12.. ,,Vallefc. Philon.libro 3. cap.4. Savonarol. in pract. magn. capite 1 1. rubrica 3. Pifo lib.x. cap. 11. Id enim consopitam, immò omninò extinctam omnem ,, virtutem denotat, quæ si quantumvis exilis adhuc vigeret, ad sternutato,, rii irritationem expurgifceretur, cum maximè hoc medicamenti genus ,, primum iplum sensorium, & virtutum penè omnium sensibilium prom,,tuarium validè stimulare poffit. Præter hæc autem membra in mortuo ri,,gida evadunt, nullo modo flexibilia, squallor item, ac ficcitas quedam ,membrorum adnotatur, quæ etiamfi in iis, qui adhuc etiam vivunt appa,, reant, non tamen adeò confpicua funt.

Postremò oculi veniunt confiderandi, ubi enim homo vivit, quan,, tumvis exilis vita remaneat, oculi tantisper fulgere, & intuentium imagi,, nem reddere solent; non enim verum crediderim, quod *Plinius* lib. 26. ,cap.6. firmat, Hominem scilicet ex morbo non periclitari; quamdiù ocu,, lorum pupillæ intuentium imaginem reddant, quasi cum

moriturus est, ,, id non contingat; fi qui enim adhuc spiritus vitę remanferint, ii facilimé

Per

per oculos, partem nempè lucidissimam, ac diaphanam apparent, & ,, cerebrò quamdiù homo vivit semper luminosus spiritus in oculos proficiscitur. Galen.comment. 4. in 3. *Epidem, tex.* 28. at ubi nulla vitę spes su,,perest, oculi jam omninò obfuscati, ac veluti panno quodam obducti, spiritusque extincti nullam evidentem saltem reddunt intuentium ima,, ginem.

دو

His accedit unum, aut alterum infallibile mortis signum, partium ,,nempè, aut partis alicujus livor, & æstuatio cadaveris, & fœtor ex ipfius jam putredine ortum deducens, est enim fœtor proprium putredinis acci,, dens Galen. in primum prognost.comment. *ultimo tex.*42. quo præsentē, du,, bio absque dubio non est locus, ut in Lazaro. Quę dubia signa expectari ,,defiderat *Mercat.* loco fuprà citato. Libet denique adnotare hęc Perfarum ,,morem, de quo Herodot. in *Clio non longè à fin.* hi mortuum non ante hu,, mari permittunt, quam aut ab alite, aut à cane trahatur. Hoc exiftima,, verim illos ideò facere, quod ex nullis aliis signis possit haberi mortis cer,, titudo, nifi cum alites, & Canes fœtore allekti è cadavere expirante ad ,, illud accurrunt.

Hęc prolixius hic exhibenda duxi, ut concionatores, quibus morientibus plerumque adesse, & de eorum exfpiratione juxta cum aftantibus judicare contingit, cauti esse difcant, & cogitent, abundantem cautelam non

nocere.

3. Quast. An cadavera condita, domi servanda, lectis & menfis adhibenda, quafi adhuc viverent? *Refp. Neg. quia* mortui non habent partem in omni quod fit subsole, *Ecclef.* 9.v.6. & consequenter ab ipforum præsentia, & quafi conversatione cum illis abstinendum est. *Deinde* mortui sepeliendi : uti in prin cipio disp. de sepulturâ probatum est. Fuit ergo aut nimis otiofum ac vanum aut merè superstitiosum factum *Ægyptiorum*, qui mortuos conditos domiservabant, teste *Cicerone* 1. *Tusculan.* & *Pomponio Mela* lib. 1. cap. 9. & deficcatum cadaver convivam & compotorem *faciebant.* Rem vilam narrare se dicit *Lucianus* lib. de *luctu*: immo & morem fuisse *Ægyptiis* nobilium, , & præcipuè sanctorum martyrum corpora linteamine quidem involvere, ,, & studium funeri solitum non negare: terrâ vero non abfcondere, sed su,, per lectulum domi posita reservare: hunc honorem quiefcentibus reddi ,, inveteratę confuetudinis vanitas tradidit. Sic *Athanaſius* in vitâ S. Antonii. Libet hic conferre judicium *Henrici* de Hassia Carthusiani (qui floruisse putatur circa anno 1300. & obiisse a. 1317. secundum *Eismgrenium* & *Poſe vinum*, quamvis alii ab illis notati dissentiant) in commentar. suis in *Genesim*, quem ubique fere sequitur, & cujus verba

defcribit Bartholomæus Sibylla Dominicanus in speculo peregrinar. quæstion. decad...
cap.2. quæst.

Pp

2

1

quæst. 6. pag. 53. edit. Venetæ 1587. in 8. *An corde mortuo, anima corpus informet.*,
Ad quam sic refpondet: cum complexio fixa cæterorum mem., brorum corporis non
dependeat à corde, nulla repugnantia videtur, quod ,, complexione cordis corruptâ,
adhuc in aliquâ parte aliâ corporis, poslit

efle complexio fixa fufficiens unioni animæ, ad partem illam, &c. *Et* ,, paulo *post*: Et
ita stat cum cessatione operationum vegetabilis & sensibilis ,,animæ in toto corpore,
quod anima adhuc informanter inhæreat corpori, ,, & ita adhuc hominem mortuum non
esse, per folutionem unionis infor.,mativæ ad corpus, &c. Ibid. poftea hoc infert
corollarium: Ex qua con., clusione sive opinione, sequitur hoc corollarium, quod non
femper, *qui* ,, vulgari æftimatione habetur mortuus sit simpliciter mortuus, quia ad ,,
cessarionem sensus, & motus cordis, non sequitur semper deanimatio ,, corporis. Sed
potest contingere, quod poft illam ceffationem quandoque ,, per magnum tempus
maneat unio informativa animæ ad corpus, & *ita* ,,contingere poteft, quod quandoque
homo vivus fepeliatur *in* fepelitione ,, mortuorum, qualiter tempore pestilentia fieri
confuevit. Poteft etiam ,, nonnunquam ex aliqua causa accidentali contingere, quod in
homine ,,fano ceffat anhelitus, & omnis motus, & sensus longo tempore, ut per diem
vel circa; ita, ut omnino mortuus appareat. Immo aliquis potest sic in ,, naturalibus
difpofitus effe, quod ad aliquem planctum, vel contemplatio,, nem fortem, spiritibus ad
intra tractis, jaceret simillimus mortuo. Sicut ,, Beatus Auguft.narrat in lib. de civit.
Dei. de quodam presbytero. Ergo nisi ,, causa subsit, non est festinandum, aut
præcipitanter agendum in fepe,, liendo mortuos, ne contingat fepelire vivos. Hæc
Henricus de Assia ubi

■

,, fupra.

■

ADDITIO

Hinc Aver. narrat Arietis historiam, qui capite amputato ambulabat ,, 7.physf. com.
4. & quamvis id Galenus neget, concordat nihilominus A., lex. in Paraph. de anima
cap. ultimo, ubi vult, quod corde ablato ab ani., mali, possit moveri, & vivere, velut

testudo, & Camaleo, & pari ratione, ablato capite, qui etiam dicit: Argumenta, de principatuanime, utrum in corde, vel in capite consistat, esse communia.



9J

Nos teftimonia Avicenna apud Rhodiginum lib.4.cap. 16. & Plinii lib. 11. *cap.* 37. de animalibus fine corde inventis hic addimus: fi quidem iis adhibenda fides. Ante complures annos legi (si bene memini) in scriptore quo phyfico ex celebri anatomico citatum testimonium de cane, qui ex secto corde latraverat, & motum progressivum exercuerat.

4. Quaft. Quâ parte diei, die an nocte, quâque horâ mortui (epeliendi? *Refp.* Hoc per se adiaphorum effet: fed noctu aut clam ut fiat, fine conscientia ,,

scientiâ & confenfu Magistratus, minimè convenire videtur: ne clandestina latrocinia hâc occafione, terris tegi contingat. Possunt tamen varii neceffitatis cafus incidere, quibus clam Magistratum sive nocte sive de die tectè corpora terræ mandanda eflent. Ubi tum distinguenda est lex divina & forum poli, quo funerandi officium licitum, immo & necessarium eft ; à lege pænali Magistratus & foro soli, quo aliquando illicitum est. Antiqui Christiani, ur nocte facra sua celebrabant, & antelucanos conventus agebant, ita & mortuos sepeliebant; aut si aliquando de die, id clam fiebat. Hujus rei teftimonia vel sola sepulcra illa & cæmeteria in Româ fubterraneâ conftituta suppeditant. De quibus liber *Anton. Bofii*. Ratio autem cur in scio & insalutato Magistratu suos clamsepelirent, hæc erat, quod sepulturam eorum negaret, & prohiberet. Tertull.in *apologet.c.37.* „Nec mor,, tuis parcunt Christianis; quin illos de requie fepulturæ, de alylo quodam ,, mortis, jam alios, jam nec totos avellant, different, distrahant. *Lactantius* lib. 5. cap. 1 1., Et non tantum artus hominum dissipat, fed & ofla ipfa comminuit, & in cineres furir, ne quis exstet fepulturæ locus, &c. Quæ,, nam illa feritas, quæ rabies, quæ insania est lucem vivis, terram mortuis ,,denegasse? Ambrosius epift. 3 1. que est contra Symmachum. Ubi tunc erat ,, ista sententia, cum direptis Chriftianorum facultatibus, ipfos vitalis anhe,, litus spiritus inviderent, & nullis usquam negata defunctis, inhiberent su,, premæ commercia fepulturæ. Quos Gentiles præcipitârunt maria reddiderunt. De Donatistis, ubi præ valebant, similem fere in orthodoxos im,, manitatem refert Optatus *Milevitanus* lib.6. pag. 68. Quid referam etiam ,,illam impietatem, de vestra conjuratione venientem, quia ad hoc Bafili,, cas invadere voluiftis, ut vobis solis Cæmeteria vindicetis: Non permit,, tentes sepeliri corpora Catholica, ut terreretis vivos: Male tractatis & ,, mortuos, negantes funeribus locum. Siinter viventes fuerat certamen, ,, odia vestra vel mors aliena compefcit. Jam tacet cum quo paulo ante li,,tigabas. Quid insultas funeri ? quid imputas fepulturæ ? quid cum mortuis ,, litigas? perdidifti malitiæ fructum. Etsi corpora non vis in unum quiefce,,re, animas tamen in uno apud Deum positas, non poteris feparare. Quam prope ad Gentiles & Donatistas accedant Pontificii fupra

indicatum fuit. Potest etiam nocturnum tempus servari extra tempora persecutionis: vel ad evitandas funeris expensas: vel quod frequentibus funerum deductio. nibus & sepulturis (uti tempore sævientis pestis) dies vix sufficere, falem totus aut potior ejus pars impendi vix possit; vel quod facinorosis extremo supplicio affectis funeris honor non conceditur; qui clandestinâ idcirco aut nocturnâ sepulturâ, connivente aut permittente magistratu, terræ mandan